

1. 4. 1778. 12/176  
47

DISPV TATIO IVRIS ECCLESIASTICI;  
DE

**BONIS PARO-  
CHIALIBVS,**

Bon  
**Saar-Süthern,**

75

QVAM  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,  
DOMINO

**FRIDERICO WILHELMO**

CORONAE BORVSSICAE ET ELECTORATVS  
BRANDENBVRGICI HEREDE &c. &c.  
IN REGIA ACADEMIA FRIDERICIANA

P R A E S I D E  
**IVSTO HENNINGIO Böhmer, D.**  
PROFESSORE IVRIVM EXTRAORD.

D. MAII MDCCII.  
IN AVDITORIO MAIORI,  
PVBLICAE ERVDITORVM DISQVVSITIONI  
SVBMITTIT

**ANTONIVS HENRICVS HORST,**  
RAVENSBERGENSIS.

---

HALAE MAGDEBVRGICAE  
TYPIS IOANNIS GRVNERTI, ACADEM. TYPOGRAPHI.  
Recusa 1729.

28.

DISPUTATIO IVRIS ECCLESIASTICI

DE

BONIS PARO-

CHIALIBVS

DE

RECTORIS MAGNIFICENTISSIMO

DE

FRIDERICO WILHELMO

CORONAE PONTIFICIAE ET ELECTORALIS

IN ECCLIA ACADEMIA FRIDERICIANA

AVSTO HEDENINGIO

PROFESSORE IVRIS

ANTONIVS HENRICVS HORST

AVSTO HEDENINGIO

AVSTO HEDENINGIO

AVSTO HEDENINGIO

AVSTO HEDENINGIO





I. N. I.  
DE

# BONIS PAROCHIALIBVS von Pfarr-Güthern.

CAPVT I.

De

## Bonorum parochialium indole & constitutione.

§. I.



Vemadmodum ecclesia parochialis speciem quandam constituit ecclesiae in genere consideratae; ita etiam bona parochialia sunt species bonorum ecclesiasticorum; adeoque ex horum natura & iuribus merito diiudicanda. Quocirca necessarium esse iudicavi ad rectius intelligendam bonorum parochialium naturam & con-

*Bona parochi-  
alia sunt diu-  
dicanda ex  
natura bono-  
rum ecclesia-  
sticorum.*

stitutionem, vt quaedam praemitterem de ipsis bonis ecclesiasticis.

§. II. In iure Romano inter res nullius negatiue tales referuntur res *diuini iuris*, quae more ethnico ita dicuntur, quod Deo quasi sint consecratae, & ita commerciis hominum exemptae. Huc referuntur, vt Iustiniensis primis notum, res sacrae, sanctae & religiosae, quae distinctio, quamuis Theologiae

*Res diuini iuris quid dene-  
sent?*

A 2

gen-

*Origo distinctionis in res sacras, sanctas & religiosas.*

gentilium originem debeat; incaute tamen hodie ad templa, sepulcra murosque applicatur. Postquam enim gentiles triplicem semel constituerant Deorum suorum differentiam, ut alii essent superi, alii inferi, alii semi-Dei, quo heroes vulgo referebantur, qui post fata sua quasi canonisabantur seu inter semi-Deos referebantur iuxta illud profanum Imperatoris Caracallæ occidentis fratrem suum Getam: *fit Diuus, dummodo non sit viuus*; ita triplicem quoque differentiam ratione consecrationis constituisse non improbabile est, ut aliæ res consecrarentur Diis superis, templa scilicet & altaria; aliæ inferis, ut sepulcra; aliæ denique semi-Deis, ut muri & portæ: quod pro defensione eorum ceciderant. vid. Dn. Thomaf. in *monit. ad disput. de iure Princ. circa adiaph.* Propter has consecrationes tales res tantum in patrimonio Deorum esse gentiles crediderunt; & hinc inter res nullius, quæ ne quidem ab aliquo acquiri possent, retulerunt.

*Consecratio primitiue ecclesie qualis.*

§. III. Sicuti vero in primitiua ecclesia templa propria dicta non fuerunt; ita etiam res sacræ hoc sensu fuerunt incognitæ. Sed postquam templa certatim ædificata sunt, statim etiam ad consecrationem quandam prolapsi homines, quamuis in ceremoniis tantum indifferentibus quibusdam confisteret, ut scilicet parœcianos conuocarent, dein verbum Dei ac sacramenta tractarent & denique precibus, hymnis & piis votis totum actum peragerent. Dn. Linckius *de iur. templ. c. 6. n. 10.* ubi etiam ostendit, quomodo sequioribus seculis plures superstitionis plenæ ceremoniæ adiectæ fuerint. Quodsi tamen eorum temporum, ubi iam superstitione omnia repleta erant, indolem & mores intueor; credibile est, templis, altaribus, aliisque vasibus ita consecratis singularem sanctitatem attributam fuisse. Ita enim cleri iam tum papizantis intererat, ut rudis plebecula eo rectius ad superstitionem præpararetur, & sic quoque in obsequio erga clerum retineretur: id quod ex variis Constantini M. constitutionibus colligimus, vid. *l. i. C. de SS. Eccl.* Atque hæc de sanctitate singulari ipsis lapidibus templorum inherente superstitionosa opinio successu temporum tam altas radices egit, ut post reformationem

*Opinio de singulari sanctitate rebus inherente quando exierit.*

tionem sine dubio ex veneratione erga ius Romanum illa haud fuerit expurgata. Certe id pluribus hic ad oculum demonstrare possemus, si ratio instituti id permetteret. Quem in finem enim, ubi quis forte fortuna templum intrat, statim caput denudat? cur tot in nonnullis locis coram altari fiunt genuflexiones? Certe id nulla alia ex causa mihi fieri videtur, nisi quod credamus, singularem sanctitatem quandam inhærere muris ipsis.

§. IV. Equidem iam Huberus alique Icti saniores aperte docuerunt non dari amplius res sacras in N. T. Ita enim cit. Huber. *ad Inst. tit. d. R. Diuis. §. 9. ait: videtur esse ἐὸ δὲ ἁλῆτος quod diximus, non esse consecrationes neque res sacras amplius in nouo testamento: sed mirum non videbitur iis, quibus simplicitas bene cognita est euangelii, quo carnalis & palpabilis cultus rerum pereuntium vel corporalium nullus est, sed tantum in spiritu & mente pura. Quæ hodie fiunt inaugurationes templorum, scholarum rerumque eodem pertinentium, sunt instituta pia externa, sed rebus nihil characteris religiosi imprimunt, quin eadem in alios usus, ubi res tulerint, conuerri possent. Adeoque nihil sunt aliud res istæ, quam piis vsibus destinate, vel si mauis, sunt quasi sacræ.*

*An res sacræ in N. T. adhibentur.*

§. V. Huic tamen hypothese si inhæremus, corruere videtur distinctio vulgata, quæ tamen & in nostris observatur ecclesiis, inter res sacras & ecclesiasticas, quarum illæ dicuntur, quæ cultui Dei proxime & immediate inseruiunt; hæ vero, quæ mediate tantum, h. e. faciunt ad conseruationem templorum & sustentationem ministrorum ecclesiasticorum. At vero a rei veritate ad praxin non semper valet consequentia. Secundum hanc enim templa, & quæ huc spectant, naturam rerum sacrarum eatenus retinuerunt, vt & hodie templa rebus extra commercium positis annumerentur, adeoque vendito quidem pago templum simul transeat, sed ita tamen, vt in ipsa æstimatione eius non habeatur ratio, die Kirche wird nicht in Anschlag gebracht. Hinc quæ alias de alienatione rerum sacrarum in iure prodita sunt, adhuc hodie applicari solent, vid. B. Dn. Brunnem. *de Iure Eccl. lib. 2. c. §. 5. 6. Quamuis id facilius concedatur, licet templa non sint in commercio aliqui*

*An adhuc sit distinctio inter res sacras & ecclesiasticas?*

cuius privati, esse tamen in dominio eius, cui ius sacrorum Republ. competit. Illust. Dn. Stryk in *Vf. Modern. de R. Diuis. §. 2.*

Differentia  
inter res sa-  
cras & eccle-  
siasticas.

§. VI. In plurimis ergo res sacræ & ecclesiasticæ inter se differunt. Illæ in totum extra commercium sunt, hæc vero non simpliciter. Illæ immediate cultui diuino externo inferuiant; hæc vero magis sunt ipsius ecclesiæ patrimonium (unde & decimæ in *c. reuertimini 65. C. 16. Q. 1.* dicuntur *possiones ipsius Dei* & in *l. iubemus 14. C. de SS. Eccles.* vocantur *ecclesiæ patrimonium*), ex quo sustentantur omnes illi, qui in ministerio ecclesiæ reperiuntur, ipsaque templa sacra recta conseruari queunt. Sic & *Dos Ecclesiæ* dicitur aliquando, quod sicuti dos detur ad onera matrimonii ferenda, ita ad eundem finem faciant bona ecclesiastica. Vnde merito proprietatem adiudicamus ecclesiæ, vid. Paolo Sarpi *tr. des Benefices. art. 21. qu. 2. & 3.* Quatenus vero hoc intelligi debeat, dicitur *cap. 3.* Hinc illæ non nisi ob summam necessitatem alienationi sunt obnoxia: hæc vero etiam ob vtilitatem obseruatis solennitatibus legitimis alienantur. Vnde & feudum in re ecclesiastica constitui potest vid. Linckius *cit. tr. c. 11. n. 28.*

Bonorum ec-  
clesiasticorum  
varia conside-  
ratio.  
Beneficia un-  
de dicuntur?

§. VII. Possunt vero bona ecclesiastica considerari vel quatenus a sola ecclesia adhuc possidentur, & ab illa inde omnis vtilitas percipitur: vel quatenus illis, qui ecclesiæ vel proxime vel remote inferuiunt, concessa sunt, vt inde fructus percipiant, & hoc intuitu aliquando vocari solent *beneficia*, vocabulo ex iure feudali ad ecclesiasticum translato, ad differentiam bonorum priorum, seu, vt ita cum Dn. Schiltero *Inst. Iur. Can. l. 2. tit. 6. §. 4.* loquar, allodialium, quæ etiam a clericis iure hereditario possideri possunt, quamuis Barbosa *de Iure Eccl. l. 3. c. 4. n. 5.* magis a primis collatoribus seu benefactoribus hæc bona dici *beneficia* putet, id quod tamen minus probabile ex eo redditur, quod tunc demum beneficii nomen reditus illi ecclesiastici mereantur, vbi personæ ecclesiasticæ assignati sunt propter officium sacrum. Definitur enim communiter beneficium, quod sit ius percipiendi reditus perpetuum ex bonis ecclesiæ ratione spiritalis officii eccle.



ecclesiastica autoritate constitutum, Petr. de Murga *de benef. Eccl. qu. 1. n. 1.* Barbof. tit. 1. 7.

§. VIII. Refero ergo ad bona ecclesiastica omne illud, quicquid est in eius patrimonio iure quocunque, (ceu etiam in iure ciuili hæc vox latius patet,) & ex quo ecclesiæ reditus augentur; vnde & subsellia huc referri possunt, & ius concedendi laicis subsellia in templis. Consistunt itaque variis in rebus, ecclesiæ stipendiis, legatis ad pias causas, redditibus annuis, iuribus &c. quæ si omnia in complexu & congerie considerantur, oritur inde *vniversitas rerum* ad ecclesiam pertinentium; vt est ipsa ecclesia, paroecia; abbatia cum suis pertinentiis, dominiis ac territoriis. vid. Schilt. cit. l. §. 3. Secundum hanc considerationem definiri possunt bona parochialia, quod sint vniversitas rerum ad ecclesiam parochialem pertinentium, destinatarum ad hoc, vt vel inde sustententur ii, qui ecclesiæ inferuiunt, vel alias ipsa ecclesia parochialis conferuetur.

§. IX. Origo bonorum ecclesiasticorum sine dubio est eadem, quæ est ipsorum templorum: In primitiua enim ecclesia nemo fuisse videtur, qui ita prædia & fundos destinauerit in sustentationem ministrorum ecclesiæ, vt radicos certos & perpetuos in illis haberent reditus. Ziegl. *de dor. Eccl. cap. 3. §. 1. in f. Petr. Muller de bonis Paroch. c. 2. th. 1.* Succurrebatur necessitati eorum per collectas & contributionem voluntariam; ad quam nulli cogebantur, sed spontaneo spiritu offerebantur, quæ necessaria, vt de eorum liberalitate & promittuntur in subministrandis necessariis fufius docet Dn. Arnold. in *der Abbildung der ersten Christen l. 3. c. 8. 9. 20. & 21.* Testis huius rei omni exceptione maior est Iustinus Martyr, qui *Apol. 2. ita de oblationibus spontaneis loquitur: Qui per facultates possunt & volunt pro arbitrio quisque suo, quod lubet, conferunt & quæ collecta fuerunt, apud præpositum siue assistentem deponunt.* Hæc deinde distribuebantur, prout cuique opus erat. Etsi vel maxime aliquando prædia integra offerrebantur; non tamen ista poterant retineri propterea quod confiscationis periculo subiacerent, sed ab ipsis dominis

*Quid veniat nomine bonorum ecclesiasticorum?*

*definitio bonorum parochialium.*

*Origo bonorum ecclesiasticorum.*

*Ratio colligendi in primitiua ecclesia.*

*In primitiua ecclesia nulla certa bona im. mobilia eccles. fuerunt.*

ven-

vendebantur, & pretium inde redactum distribuebatur Ziegl. cit. l. §. 6. ex quo concludit, difficile esse statuere ecclesiam primitiuam sua habuisse prædia, ex quibus certos annuos reditus perciperet. Neque enim iis indigebat, cum non diuitiis, sed paupertati maxime studeret, & ex illa quasi professionem faceret.

An initio ter-  
tii seculi iam  
salis fuerint?  
Fides episto-  
larum Vrba-  
ni vacillans

§. X. Equidem Petrus Muller. in disp. de bon. parochial. c. 2. th. 1. iam initio tertii seculi sub Papa Urbano I. eiusmodi bona ecclesiastica fixa fuisse asserit, nixus sine dubio epistola eiusdem pontificis relata a Gratiano in c. attendendum 13. c. 17. Q. 4. vbi ita Pontifex: *Attendendum est omnibus, ne prædia vsibus secretorum celestium dedicata a quibusdam irruentibus vexentur. Quod si quis fecerit, post debitam ultionis acrimoniam (quæ erga sacrilegos iure premenda est) perpetua damnetur infamia & carceri tradatur aut exilio perpetue deportationis viatur.* Sed ante omnia de fide huius epistolæ constare debet; quæ, vt ex Dauide Blondello ostendit Ziegl. c. l. §. 7. non Urbano I. sed impostori potius adscribenda. Vnde quoque facile iudicari potest, quid sentiendum de c. videntes 16. C. 12. qu. 1. vbi idem Papa Urbanus ita: *videntes autem summi sacerdotes & alii atque Leuitæ & reliqui fideles plus vtilitatis posse asserre, si hereditates & agros, quos vendebant ecclesiis, quibus præsidebant episcopi, iraderent, eo quod ex sumptibus eorum tam presentibus quam futuris temporibus plura & elegantiora possent ministrare fidelibus, communem vitam ducenibus, quam ex ipsorum pretiis: ceperunt prælia & agros, quos vendere solebant, matricibus ecclesiis tradere & de sumptibus eorum viuere. Ipse vero res in ditione singularum parochiarum episcoporum (qui locum tenent apostolorum) erant & sunt vsque adhuc & futuris semper debent esse temporibus. parum fudit huic epistolæ ipse Baronijs tom. 2. anal. anno 102. Sect. 7. Vnde & Schockius tr. de bonis Eccles. Sect. 1. c. 2. eandem tanquam apocrypham reiicit. Omnino itaque probabile est, certa fixa & stabilia bona ecclesiastica tunc demum constituta fuisse, vbi regnum clericale firmari & dominatus facer stabiliri cepit, quod factum tempore Constantini M. fuisse, non vno loco docet Zieglerus, vt de origine parochiarum pluribus*

Quando bona  
fixa ecclesia

ribus ostensum. Atque hæc quoque est sententia B. Linckii de Orig. Templ. c. 11. n. 13. iniquientis: *Hisc tribus seculis potissi- possidere & coe- mum ex bonis mobilibus ecclesia sustentata est. Neutiquam enim perit?* durante persecutionum aestu, temporum illorum conditio ecclesie, ut prædia & fundos possideret, permisit, ideoque ante tempora Constantini M. bona ecclesiastica in mobilibus ferme constituerunt, ut de possessione rerum immobilium vix certi aliquid asseri possit.

§. XI. Quod iam in genere de origine bonorum ecclesiasticorum dictum est, id merito quoque ad bona parochialia applicari posse reor; nam, ut de origine parochiarum ostensum, parochia illo ipso tempore institui cœperunt, quo ecclesia bonis ditescere cœpit, scil. Constantini M. adeoque & hoc tempore parochialibus ecclesiis bona certa & stabilia & perpetua fuisse attributa non est quod dubitemus. Hanc nimiam in ecclesiam principis & populi liberalitatem ita circumscribit Fra- *De augmento bonorum ecclesiasticorum* paolo Sarpi *traité des Benefices art. 6. Or comme la grande Devotion des Princes & des Peuples fût cause, que les biens ecclesiastiques s'augmenterent beaucoup, elle excita aussi dans les Cleres un extreme desir de les multiplier, & ceux meme, qui avoient les meilleurs intentions, ne furent pas exemts de ce defaut, car voyant que la distribution de ces biens tournoit a la gloire de Dieu & a l'utilité commune, ils concluoient, que plus l'église auroit de quoi distribuer, tout en iroit mieux; & ils mettoient toute leur industrie a faire de nouvelles acquisitions, sans considerer, si la maniere, dont ils se servoient, étoit conforme à l'équité & a la raison: Et pourvu qu'ils arrivassent a leur but, c'est a dire, que l'Eglise s'enrichit, par quelque voye, que ce fût, ils croioient avoir fait un sacrifice a Dieu. Et c'est ainsi, que naissent mille maux incurables de ces Zelez indiscrets qui s'imaginant, que tout ce, qui se fait en vûe de la religion, de quelque fason que ce soit, est toujours bon, agissent tres souvent contre la justice & l'humanité & metent le monde en combustion. C'est ce qui arriva dans le tems, que l'église commença d'avoir la permission d'acquérir de biens immeubles. Quelques Religieux croioient qu'il étoit de service de Dieu d'ôter le patrimoine aux enfans de famille pour le donner aux Eglises & dans cette pensée ils n'oublioient rien, pour*

B

inciter

*inciter les veuves, les filles & les autres personnes faciles, & foibles a depouiller leurs parens, pour laisser tout a l'Eglise.*

*Diuersa consideratio bonorum parochialium.*

§. 7. præmissum: ita quoque bona parochialia considerari possunt vel in respectu ecclesiæ parochialis, quatenus ab illa reditus inde percipiuntur & eius patrimonium proprium sunt; vel respectu parochi, quatenus scilicet parochi ob sacrum ministerium vtenda conceduntur, & hoc sensu tantum descripta sunt a P. Muller. in *disp. de bonis paroch. c. 1. ib. 6.*

*Amplior definitio bonorum parochialium*

*in f.* ex quo patet, definitionem hanc bonis parochialibus in genere applicari minime posse. Plenius ergo illa definitionem, quod sint bona ecclesiastica, ad ecclesiam parochialem spectantia, eum in finem data & constituta, vt ex eorum redditibus tum ecclesia conseruetur & patrimonium eius augeatur, tum etiam vt parochi aliique, qui ecclesiæ parochiali inserviunt, pro ministerio parochiali inde præbeantur, quæ ad eorum sustentationem sunt necessaria. Studio dixi, ex bonis parochialibus augeri patrimonium ecclesiæ parochialis: nam bona parochialia non tantum eo respiciunt, vt ecclesia parochialis tantum habeat, quantum necessitas postulat; sed etiam vt ipsi bene sit ultra necessitatem etiam, quæ de re alibi dicendi locus erit, vbi de administratione bonorum parochialium agendum. Deinde & aliorum quoque sustentationis inde faciendæ inieci mentionem; quia & hoc notum est, ex bonis parochialibus quoque reditus percipere ædituos, parochiales custodes, cantores, organicos &c.

*Modi acquirendi varii*

§. XII. Modi acquirendi bona parochialia varii sunt. Extantiora tantum hic tangemus. Inter viuos acquiruntur bona parochialia per donationem, & duplici quidem modo, vel quatenus ecclesia iam adhuc est exstruenda; vel quatenus iam exstructa est. Priori modo in specie dicitur *dotatio*, posteriori vero *donatio*, quatenus fit ab alio quam ipso patrono, ex libera voluntate, nullo iure cogente *l. 19. ff. de Donat.* Circa hanc donationem olim hoc singulare erat, quod cum aliæ donationes absque inscriptione tantum valerent vsque ad ducentos solidos per *l. sancimus 34. C. de Donat.* hæc, cum aliis in piissi-

*Circa donationem bonorum parochialium olim quædam singularia erant.*

piissimas causas factis, etiam absque insinuatione valeret vsque ad 500. solidos *c. l. §. 1. l. illud quoque 19. C. de SS. eccles.* Postea vero in *l. si qui 36. C. de Donat.* hoc omnibus in genere donationibus tributum legimus, vt possint absque insinuatione fieri vsque ad 500. solidos, vt adeoque donatio ad pias causas priuilegium suum videatur amisisse, nihil post hanc legem singulare & contra iuris communis tenorem continens. Et miror certe, Iustinianum, qui vtriusque legis & *19. C. de SS. Eccl. & 36. C. de Donat.* autor est, non fecisse exceptionem quo ad hanc donationem ad pias causas, cum tamen alias clericis & ecclesiis multum indullerit. Unde ne hoc priuilegium in *l. 19. C. de SS. Eccl.* datum interuertatur, quidam volunt, priuilegium hoc proportionabiliter auctū videri, vt siquidem in donationibus communibus auctum sit ad 300. solidos: ita in donationibus ad pias causas eodem modo auctum censi debeat, vt ita donatio absque insinuatione vsque ad 800. solidos valeat. vid. *Clarus in §. donatio qu. 1. n. 17.* Priuilegium enim auctum & productum in vno comparatorum etiam videtur auctum in altero. Cum vero priuilegiorum hæc sit natura, vt ea sine lege & expresso textu extendere fas non sit *l. 14. ff. de LL.* & illud quoque, quod de redemptione capitulorum habetur, tanquam speciale ad similes vel alios casus extendi nequeat, vt recte docuit Bachou. *ad Treutl. Vol. 2. disp. 19. th. 6. lit. E.* merito sententia hæc a sanioribus reicitur. Cum itaque plerique viderint, donationem hanc de iure ciuili nihil singulare amplius habere, prouocarunt ad ius canonicum, ex hoc fundamento, quod in restringendis piis causis non sequamur leges ciuiles *c. relatum u. X. de Testam. Perez. in C. de Donat. n. 34. Barbof. ad l. 19. C. SS. eccl. n. 3. Zæf. tit. de donat. n. 49. B. Dn. Linckius de Iur. templ. c. ult. n. 8.* sed vero cum in *cit. c. 11.* de relictis ad pias causas agatur & in his demum velit Pontifex, vt non secundum LL. ciuiles sed decretorum statuta diiudicentur, adeoque tantum testamentum ad pias causas priuilegiatum esse inde probetur: non possum induci, vt vi huius textus affirmem, secundum dispositionem iuris canonici valere donationem ad pias causas factam absque insinuatione. Neque enim adhuc decretorum

An priuilegium circa donationem olim ecclesiis datum, adhuc post l. 36. de Donat. super sit s

An ius canonicum in subsidium adduci possit.

statutum est productum, ex quo talis donatio plenum vigorem acciperet; standum itaque hac in causa dispositioni iuris civilis, donec privilegium specificè fuerit de iure canon. probatum.

*Donatio hac solo voto fieri potest.*

§. XIII. Cum vero donatio non sit contractus, sed varie possit perfici per pactum, stipulationem &c. hinc in hac donatione hoc singulare occurrere puto, quod solo voto fieri possit, adeoque acceptationem non desideret a parte ipsius ecclesiæ *l. 3. pr. ff. de Pollicit.* Hinc in casu quodam, ubi parochus extruxerat suis sumtibus ædes. & foribus ædium sequentia affixerat verba: REDONO HANC STRUCTURAM HVIC ECCLESIAE, pronunciatum, hanc donationem per votum esse validam, retuli in disp. *de Impur. culpæ priorie* sub præf. III. Dn. Wildvogelii lenæ habitæ c. 3. §. 16. Plura quoque adhuc singularia circa hanc donationem occurrunt in *l. vi inter diuinum 23. C. de SS. Eccles.* quorum primum est ob solam donationem dari actionem realem seu rei vindicationem, scilicet propterea, quod dominium ex sola donatione ipso iure in ecclesiam transeat absque omni traditione, quæ alias necessaria est *l. si ager 50. ff. de R. Vind.* quod ideo introductum esse testatur Imperator, ut inter diuinum publicumque ius & priuata comoda competens discretio sit. conf. B. Brunnemann. *ad cit. l. 23. Linckius cit. l. n. 15. seqq.* Alterum singulare est, quod vindicatio rerum ecclesiis donatarum extensa fuerit primitus ad annos centum, postea tamen per *Nou. 131. c. 6. restricta* ad quadraginta, sola Romana ecclesia in *auth. quas actiones C. de SS. Eccles.* excepta, & gaudente adhuc centum annorum spatio, quæ exceptio an iure subsistere possit, cum in fonte eius nulla fiat mentio, huius quidem instituti non est, ut plenius disquiram, conf. interim Dn. Pagenstecher *in scilim. manipul. 2. n. 205.* Deinque quamuis alias leges futuris negotiis dent formam *l. 7. C. de LL.* tamen voluit Imp. ut etiam hæc lex ad causas pendentes applicaretur. Alii adhuc hoc singulare in hac donatione annotant, quod quis omnia sua bona præsentia & futura possit donare ecclesiæ parochiali per *l. iubemus nulli 14 pr. ff. de SS. Eccles.* cum tamen alias donatio omnium

*Dominium ex sola donatione in ecclesiis transsit.*

*Huius vindicationi demum præscribitur 40. annos.*

*l. 23. etiam causis pendentes respexit.*

*An hoc singulare sit, quod quis omnia sua bona pos*

um bonorum non subsistat Tiraquell. *priuil. pie. caus. 100.* Barbof. in *Collect. adb. l. n. 7.* Sed sententia illa communis non ad-  
eo solido nicitur fundamento: nam ideo aiunt, non licere *fit in ecclesi-*  
omnia bona donare, quia eo ipso donatori auferretur pote- *am transfere*  
stas testamentum condendi, quali scilicet hoc absolum foret,  
cum tamen per arrogationem etiam de iure ciu. auferatur  
potestas testandi, & moribus per pacta successoria, quæ ta-  
men propterea non sunt inualida, hinc theoretice rem con-  
siderando nullum priuilegium & ius singulare hic deprehen-  
do. Quatenus vero sententia contraria passim moribus Re-  
cepta, de qua testatur Dn. Schilt. *Ex 42. th. 19.* eatenus admitti  
potest, hodie aliquid singulare in hac donatione occurrere. vid.  
Brunnem. ad *l. cit. 14. n. 11. & in Iur. Eccl. l. 2. c. 15. §. 18.*

§. XIV. Alter modus acquirendi bona parochialia est DO- *Dotatio.*

TATIO. Sed hic modus est genuinus partus superstitionis &  
auaritiæ. Non noua narro, cum id ex nostris ICtis cordatio-  
res iam annotauerint, in primis ICtissimus Zieglerus *de Dote*  
*Eccl. c. 4.* Scilicet finxit clerus romanus aliquod pseudo *Eius origo.*

matrimonium inter ecclesiam & parochos seu presbyteros ei  
præpositos & eo ipso sponsam ecclesiam a suo sponso abduxit.  
Liquidum id ex *c. sicut. 11. C. 7. Q. 1.* vbi perpetua instituitur  
comparatio inter matrimonium carnale & hoc, quod interce- *Cur matrimo-*  
dere volunt inter presbyterum & ecclesiam. Et cum tota *nium aliquod*  
ratio clericalis status pro fundamento habeat interesse seu *fluxere inter*  
*ναο Φιλαργυρίαν*, hinc non putandum, absque ratione hoc fi- *parochum &*  
gmentum esse introductum. Dotem enim captauerunt cleri- *ecclesiam.*  
ci, cum scirent ex principiis iuris ciuilibus matrimonium ordi-  
narie annexam habere obligationem dotandi. *Imo vero*, in-  
quit, Ziegl. *c. l. §. 8. vt rectius dicam. potius cogitatum fuisse videtur*  
*de dote materialiter sumto vocabulo quam de nuptiis.* Et vt ea fa-  
cilis ecclesia opes acquireret, comminisci oportuit coniugium ali-  
quod spirituale, simile carnali inter episcopum & ecclesiam con-  
trahi, nec ergo indotatam hanc esse debere eius sponsam. Hoc  
principio semel substituto non difficile fuit varias inde neçtere  
conclusiones. Sicut enim dos constituitur marito ad onera ma-  
trimonii ferenda, vt propterea marito dominium aliquod ciui-



le in dotem competat *l. doce ancillam 9. C. de R. V.* ita & presbytero seu marito ecclesiastico dos quædam cum ecclesia ipsi concedita dada fuit, ex quo posset onera huius matrimonii spiritualis sustinere, h. e. inde lucrari fructus non tamen ut habeat dominium aliquod in re illa ecclesiastica, sed ius dominio non absimile h. e. vsum fructum, de quo infra *c. 2.* Sicuti vero hodie sponsi sæpius magis dotem quam sponsam intendere solent, quid mirum, quod parochi sæpius magis inhient doti huic, quam ut ecclesiæ prospiciatur? Atque hæc est origo dotationis, quæ ecclesiis parochialibus tam ingentes diuitias peperit, ut habeant sufficiens & satis grande patrimonium.

*Conclusioes  
ex hoc principio.*

*Quis dotare  
ex obligatione  
teneatur ec-  
clesiam?*

*Episcopus non  
debet consen-  
tire in extru-  
ctionem tem-  
pli, nisi de  
eius dote con-  
suet.*

*Quando epi-  
scopus ad do-  
tationem te-  
neatur.*

*Dotis quanti-  
tas sufficiens.*

§. XV. Sicuti itaque paternum officium esse dicitur *l. si pater. 7. C. de dot. promiss. pro sua dare progenie dotem*; ita similiter, qui quasi pater ecclesiæ est, h. e. qui eam extruxit, seu a non esse ad esse produxit, hoc officium explere & dotem ecclesiæ, quam extruxit, sufficientem constituere debet, adeo ut episcopus non possit consentire in extruccionem ecclesiæ, nisi prius constet de dote ad conseruationem eius sufficiente *Nou. 67. c. 2. c. 26. c. 16. Q. 7. concil. Tolet. III. c. 15.* vbi episcopus in derdici tur ecclesiam consecrare, nisi prius dotis chartam confirmatam habuerint conf. Gonzal. Tellez *ad c. 8. §. X. de consecr. eccl. n. 1.* Ill. Dn. Stryk *ad ius eccl. Brunnem. l. 2. c. 8. §. 7. verb. per dotationem Ziegl. loc. cit. c. 6. §. 3.* & si de facto extruccionem episcopus permiserit, vel sine dote constituta ecclesiam consecrauerit, ipse eam tenetur dotare. Dn. Stryk. *cit. l.* quod forsan ita intelligendum, si ipse ædificans illam dotare non possit, quod sic in subsidium ad consecratorem recurrendum. Nam alioquin secundum *c. cum scis 8. X. de consecr. Eccles.* ex debito tenetur ipse ædificans eam dotare, conf. *c. cum secundum 16. X. de præb. B. Linckius de iure templ. c. 5. n. 112. 113.* Cæterum an & quatenus parochiani teneantur dotare aliquando ecclesiam commodiori loco dispiciam, vbi agendum erit *de oneribus parochialibus.*

§. XVI. Quemadmodum vero dotis quantitas pro modo facultatum patris & dignitate mariti constitui debet *l. cum post diuortium 69. §. 4. & 5. & l. quæro 60. ff. de iure dot.* ita etiam clerici per benignam interpretationem hoc doti ecclesiæ con-



constituendæ applicuerunt, modica enim contenti esse no-  
luerunt Gail. 2. *Obs. 88. n. 11.* sed pro dignitate clericorum in  
hierarchia introducta, alia constituenda fuit dos ecclesiis  
cathedralibus, alia collegiatis, alia parochialibus. Et vt saltim  
de parochialibus dicam, tanta dos esse debet, quanta suffice-  
re potest tribus ministris, & ad onera soluenda episcopalia &  
exercendam hospitalitatem, vt pontificii volunt Gonzalez  
Tellez *adc. 8. n. 5. in f. X. de consecr. eccles.* Quanta vero reli-  
quis ecclesiis sit assignanda, docet Paulus de Citadinis *p. 2. caus. 2.*  
*n. 11.* cuius rei summam exhibet Ziegl. *de dot. Eccles. cap. 7. §. 18.*

*Quanta dos  
ecclesiis par-  
ochialibus de-  
beatur?*

§. XVII. Sicuti nunc porro dotis dominium tam diu pe-  
nes maritum de iure est, quamdiu matrimonium subsistit: *Duratio do-  
tis.*  
*t. i. ff. solut. matr. quemadm.* ita etiam hæc dotis constitutio  
est perpetua, cum ipsa ecclesia dicatur esse perpetua *l. 14. pr.*  
*C. de SS. Eccles.* adeoque proprietas huius dotis vera & genui-  
na est perpetuitas. Cum vero illa quam maxime obtineatur  
in rebus immobilibus, hinc in iis dotem ecclesiasticam con-  
stitui debere voluerunt Ziegl. *de dot. eccl. c. 8. §. 1. seqq.* Hinc  
varia oriuntur genera bonorum parochialium v. c. sylva pa-  
rochiana das Pfarr-Holz agri parochiales Pfarr-Aecker und  
Pfarr-Feldes, die Pfarr-oder Kirchen-Huffen, Pfarr-oder Kir-  
chen-Lehn, Pfarr-Wiesen, ædes parochiales und andere Pfarr-  
Gebäude, horti parochiani, annui reditus perpetui parochia-  
les unabteglige Pfarr-Zinse, dotales Dienst-oder Frohn-Leute,  
Pfarr-Leute, auf daß die Pfarrer Leute zu diensten haben *Ordin.*  
*Eccl. Saxon. sub tit. General. arric. 27.* vel qui alias certum an-  
num censum præstant, cuius generis exempla plura refert  
Ziegl. *de dot. Eccl. c. 9. §. 55. seqq.* & alias vocari solent eigene  
Männer, eigene Dienstleuthe *Id. §. 62.* vbi in sine adducit ex ma-  
tricula Consistorii Wittenbergensis de Anno 1555. sub Rubr.  
*Vkro* sequentia; Aus dem Filial *Vkro* hat der Pfarre in eigen  
Mann Claus Kopman, giebt dem Pfarver jährl. 12. Scheffel &  
*sub. Rubr. Beyer.* Ein eigen Mann zur Pfarre gehörig zinsset 8.  
Eyer auff Ostern 10. Groschen auf Michaelis 12.

*Constituitur  
in rebus im-  
mobilibus.*

§. XVIII. Per vltimam voluntatem etiam acquirun-  
tur varia ecclesiis parochialibus bona, inprimis per testa-  
mentum *Per testamen-  
tum ad pins  
casus quo-*

modo acquirantur bona.

Quidnam sit testamentum ad pias causas?

Relictum ad pias causas debetur ex imperfecto testamento.

Testam ad pias causas valet absque testibus

mentum, quod vocari solet *ad pias causas*, idque variis gaudet privilegiis. Equidem ad testamentum hoc requirunt, vt pia causa heres fuerit instituta Covarruu. *ad c. relatum X. de testam.*

n. 2. vel etiam substituta: alioquin enim, si ex quolibet legato piæ causæ relicto diiudicare testamenta ad pias causas velis, fere omnia testamenta ad pias causas essent dicenda, cum vix vllum detur testamentum, in quo non ecclesiæ parochiali vel alii piæ causæ aliquid relictum sit Ill. Dn. Stryk *in not. ad I. E. Brunnem. l. 2. c. 12. §. 1. verb. quando Ecclesia.* Interim tamen hoc non nego, etiam relictum ad piam causam deberi ex testamento imperfecto, non tanquam ex testamento, sed tanquam ab intestato iure fidei commissi, modo de voluntate non amplius dubitetur. Tunc enim qualiscunque dispositio valet *Meu. 8. decis. 5. & c. iudicante 4. X. de testam.* licet de cætero corruat testamentum Dn. Stryk. *c. l.*

§. XIX. Adeo vero fauorabilis est hæc vltima ad pias causas dispositio, vt etiam absque omnibus testibus valere possit. Quamuis enim quidam præcise verbis, *n. X. de Testam.* inhæreant & hic ad minimum duos testes requirant, vid. *Carpz. p. 3. constit. 4. def. 330.* nullum tamen concludens argumentum hætenus vidi, quod hanc sententiam corroborare possit. Pontifex enim in *cit. nt.* prouocat ad scripturam S. & secundum hanc duo aut tres testes sufficere statuit. At vero, vbi scriptura S. duos testes requirit, id non facit solennitatis, sed nudæ probationis gratia, & quidem in subsidium, si alia certitudo deficiat; quæ si haberi possit, non præcise necessaria erit duorum testium præsentia. At vero non ex sola scriptura satis de certitudine voluntatis defuncti aliquando constare possit, quid est, quod in hoc testamento præcise duos testes adhiberi velimus? Hoc casu enim non probationis, quæ iam superuacua, sed solennitatis gratia essent necessarii: quod tamen est contra mentem pontificis, cuius dispositionem tamen hætenus in his testamentis sequimur. Vnde etiam volunt, valere testamentum ad pias causas, quod in schedula manu testatoris scriptum, licet plane nulli accesserint testes *Brunnem. consil. 155. Richter decis. 28. n. 15.*

Gail.

Gail. lib. 2. obs. 112. n. 16. quod eleganti præjudicio illustrat Il-  
lustr. Dn. Stryk. c. l. §. 4. Hinc etiam ulterius inferitur, posse  
etiam heredis institutionem pietatis causa fieri solo nutu ad  
exemplum fideicommissorum l. nutu 21. pr. ff. de Legat. 3. conf.  
B. Dn. Brunnem. de l. Eccles. l. 2. c. 12. §. 6. Porro in legato ec-  
clesiæ parochiali vel alii piæ causæ relicto cessat detractio  
quartæ ex L. Falcidia aut. similiter C. ad L. Falcid. vt & Trebel-  
lianicæ. B. Dn. Brunnem. ad cit. asih. n. 3. modo non fuerit  
instituta æque pia causa, quia sic excommuni regula, quod  
priuilegiatum contra priuilegiatum vtaturiure communi, se-  
cundum ius commune esset pronuntiandum. Brun. c. l.

§. XX. Proximus ad acquisitionem bonorum paro-  
chialium ex testamento ad piæ causas spectat dispositio l. quo-  
niam 26. C. de SS. Eccl. vbi cuiam ecclesiæ legatum ad piæ  
causas debeat, plenissime disponitur. Scilicet cum ex su-  
perstitione quadam omnia templa olim sanctis fuerint ded-  
dicata, accidebat sæpius, vt his sanctis v. c. Petro, Paulo &c.  
aliquid in testamento relinqueretur, quo casu voluit Impe-  
rator ei ecclesiæ deberi legatum, cui illa, qui intestamen-  
to est nominatus (v. c. Petro do lego 1000.) est dedicata.  
Quod si in tali ciuitate non reperiatur templum eiusdem no-  
minis, tunc videndum, an non in metropoli eiusdem nominis  
templum deprehendatur, quo casu ei debebitur legatum.  
Si vero nec illic eiusmodi templum adsit, ecclesiæ, quæ in  
illo loco sunt, vbi testator mortuus est, id legatum capient.  
Quænam vero ecclesiæ? an omnes? Id non exprimit Impe-  
rator. Ex mente tamen eiusdem dicendum puto, deberi  
hoc ecclesiæ parochiali, cum eandem decisionem in §. seq.  
in alio casu non dissimili Imperator sequatur. Accedit, quod  
illa in dubio a testatore electa censeatur, cum huic in vita sua  
fuerit addictus, adeoque erga illam præ aliis maiorem censeatur  
habuisse affectionem, ex qua alias legata interpretamur, vbi  
dubium occurrit. Et cum in nostris ecclesiis non tam respicia-  
mus ad nomen sancti, sed ad ecclesiam ipsam, hinc decisio Im-  
peratoris hæcenus tradita vix commode applicari nostris ec-  
clesiis potest. Vnde inferit. Ill. Dn. Stryk in not. ad Brunnem.

Solus nutus  
hic sufficit in  
heredis insti-  
tutione piæ  
causæ.

Cessat Falcid-  
dia.

Cuiam eccle-  
siæ legatum  
debeat?

Quid iuris si  
sancto cuiusdam  
legatum reli-  
atum.

Quando eccle-  
siæ parochiali  
tale legatum  
debeat.

Praxis no-  
strarum eccle-  
siarum.

*Quid si plura  
templa eidem  
sancto dicata?*

*ius Eccl. l. 2. c. 12. §. 14.* quod si Francofurti testator ecclesiæ D. Petri quid leget, non possit sibi eapropter ciuitas Berolinensis vel Colonienſis hoc legatum vindicare ex eo, quod templum Petrinum habeat, & Francofurti huius nominis nullum sit, sed legatum hoc ecclesiæ Francofurtanæ & quidem illi, in qua facris vsus est testator, cuius scilicet parochianus fuit, solvendum. Denique si plura templa eiusdem nominis in ciuitate illa, vbi testator vixit, deprehendantur, tunc ei debetur, in quo defunctus frequenter versatus fuerit, quia erga illud maiorem videtur habuisse affectionem. Quodnam vero est illud templum? sine dubio parochiale, quia in hoc frequenter versari debuit. Quod si nec de hoc constet, veluti si peregrinans dixerit: *Templo D. Petri huius ciuitatis do lego mille*, ei templum relictum videtur legatum, quod cæteris est indigentius & magis opis & eleemosynæ egens *c. l. 26.* Sed forsitan hoc casu dubiū oriri posset: annon ita respiciendum esset ad illam ecclesiam, quæ esset sita in illa parochia, vbi defunctus mortuus, modo illud nomen præ se ferat? Cum enim parochialis ecclesia alios quoque parochiales actus hodie in talem hominem exerceat, sine dubio ecclesia illa sibi vindicaret legatum, quod hinc eo magis afferendum, si vtraque ecclesia eiusdem nominis non esset indigens aut egena.

*Bona relicta  
ecclesiis paro-  
chialibus ali-  
quando desti-  
nantur ad  
certum vsum.*

*Dira testa-  
mentis inser-  
tæ.*

§. XXI. Solent vero non raro, quæ ita ecclesiis parochialibus relinquuntur bona, destinari ad certum aliquem vsus, vel ad certum cultum in ecclesia parochiali peragendum, veluti ad catechisationes puerorum, conciones certi generis, veluti passionales habendas, olim missas legendas, vsus cerearum thurificationis &c. Et ne talia bona parochialia ad alios vsus, vel etiam profanos adhererentur, veteres in primis testamentis sua diris & execrationibus replebant, vt plura exempla adducit in re diplomatica peritissimus Gallus Io. Mabillonius *de re diplomatica* passim, & Excell. Dn. Io. Sam. Stryk *disp. de Exsecrat. Testator. c. 2. n. 34.* B. Linckius *de iure templ. c. vlt. n. 23.* Eiusmodi formula est, quæ continetur in execrationibus archiepiscoporum Geronis & Norberti adducta in *cit. disp. n. 37*  
Nachdem nun dieses alles geschehen, und durch gewisse Zeugen be-  
stätiget

stättiget ist, so thun wir aus Macht des Heil. Geistes in Krafft un-  
 sers Herrn Jesu Christi in den Bann, und sondern durch ewigen  
 Fluch von der Gemeinschaft der Himmlischen Bürgern ab, denje-  
 nigen, der sich diese unsere Stiftung zu verlegen und durch ver-  
 wegenen Zurst in einigen Stücke zuzernichten unterwinden und er-  
 kühnen werd. Hoc casu quidem illud certum esse puro, talia bo-  
 na in alios profanos vsus a posteris licite conuerti non posse,  
 vid. cit. disp. n. 39. ast alia quæstio est, annon mutatis temporibus  
 & deficiente ob repurgatam ecclesiam vsu, ad quem bona illa  
 destinata sunt, illa ad alium vsum æque pium & non super-  
 stitiosum, adhiberi debeant, non obstantibus eiusmodi exfe-  
 crationibus? veluti si certa bona ad missas legendas sint des-  
 tinata, quæ tamen in ecclesiis nostris recte sunt abolitæ. Et  
 hoc omnio asserendum reor, præsertim cum ex *l. legatum 16.*  
*ff. de vsu & vsufr. & redditu & c.* legitime inferri possit, relictum  
 ad opus illicitum, conuertendum esse ad opus licitum de con-  
 sensu partium, quod ad præsentem de causa pia casum applicat  
 Dn. Brunnem. *ad c. l. n. 2. conf.* Dn. Stryk. *cit. disp. c. 2. n. 46.*

§. XXII. Possumus huc etiam successionem ab intesta-  
 to referre, quatenus ecclesia parochialis ita aliquando bona  
 acquirit, non quidem ex mente pontificiorum, vbi in iis quæ  
 clerici ex prouentibus & redditibus bonorum parochialium  
 acceperunt ecclesia parochialis heres esse solet, vid. *c. 19. C. 12.*  
*acquirat.*  
*Q. 1.* nam hodie nostris parochis cognati & agnati indistincte  
 æque succedunt, vt aliis non clericis. Sed ille casus huc tantum  
 spectat, quando parochi ab intestato decedunt, nullis relictis  
 cognatis, aut agnatis, tunc enim ante fiscum ecclesia paro-  
 chialis in eius bona succedit *l. si quis presbyter 20. C. de episc. &*  
*cler. ibi: sacrosanctæ ecclesiæ vel monasterio, cui forte fuerit desti-*  
*natus aut destinata omnifariam socientur.* conf. Ill. Dn. Stryk *de*  
*Success. ab int. diff. s. c. 1. §. 39.* Alios modos acquirendi minus fre-  
 quenter occurrentes hic quidem non tango: non possumus  
 tamen non mores Christianorum deprauatos hic fati deplora-  
 re, quod etiam pessimis suis cupiditatibus ecclesias ditescere  
 cupiant, quod tunc fieri censendum est, quando actione fune-  
 sta iniuriarum æstimatoria instituta penam piæ causæ seu tem-  
 plo

An & quomo-  
do illa bona  
ad alium v-  
sum adhiberi  
possint

Quomodo pe-  
sionem  
ab intestato  
ecclesia paro-  
chialis bona  
acquirat.

Reprehendi-  
tur modus in-  
iusus acqui-  
rendi per in-  
iuriarum a-  
tionem.

plo applicari petunt, quod licet hodie admittatur, tamen cum ex pessimo principio oriatur, admitti non deberet. Quodnam enim lucrum ecclesia captare iuste potest ex alterius implacabili odio? Et quomodo tale funestū lucrum potest adhiberi ad vsus pios, quibus tamen bona & patrimonium parochiale inferuire debent ex confessione omnium.

Acquisitio per  
amortizationem.

§. XXIII. Acquiruntur autem bona parochialia immobilia, sicuti cætera ecclesiastica plurimis in locis per *amortizationem*. Cum enim ecclesia sit tale corpus quod non moriatur, ceu de populo asserit Alferus *in l. 76. ff. de Iudic.* adeoque bona, quæ semel accepit, non reddat, sed perpetuo teneat, *l. f. 13.* atque ita dicatur habere *manus mortuas*, merito providendum erat, ne bona immobilia animum vsibus Reip. eximerentur & per nimias diuitias ecclesiarum respubl. detrimentum caperet. Hinc multis in locis cautum, ne immobilia in ecclesias transferantur sine consensu eius, qui Reipubl. gubernacula tenet, sed vt huius consensu licentia ecclesiæ fiat acquirendi & retinendi bona immobilia per manum mortuam conf. Petr. Peck. *de amortizat. c. 2. Ill. Dn. Stryk. in not. ad Brunnem. ius eccles. lib. 2. c. 3. §. 6. verb. oneribus sunt exempta.* Atque hoc ipsum est, quod dicitur amortizatio, & ita denotat translationem bonorum immobilium consensu principis in manum mortuam seu possessorem immortalem, qualis est ecclesia, Petrus Beluga *in Specul. Princ. Rubr. 14.* Deducta hæc vox videtur a Gallica voce *amortir*, quod est *extinguere*. Nam bona in ecclesiam delata quo ad emolumenta ciuilia & vsus publicos videntur esse extincta & ciuilitate mortua. Camill. Borell. *in comm. ad Petr. Bullug. cit. l. c. 1. lit. a.* Gregor. Tholosan *Symm. I. Vniu. lib. 6. c. 1. n. 7. & l. 15. c. 38. n. 5.* adeoque ex publicis catastrois denen *Steuer-Büchern* extincta, & a seculari iurisdictione per principem exempta. Christin. *Vol. 1. Decis. 345. n. 21.* Ratio huius iuris sat manifesta est, quia & iuris naturæ principium vult, vt nemini adeoque nec Reipubl. ius suum auferatur, quod tamen sæpe fit per translationem bonorum in ecclesiam.

Ecclesia habet  
manus mortuas.

In quem finem  
amortizatio  
introducitur.

Amortizatio  
quid sit?

Vnde ita dicitur?

Origo huius  
iuris.

§. XXIV. Inde iam facile deuenire possumus ad originem huius iuris. Equidem qui ex iure ciuili hic originem repetunt,

tunt, confundunt res sacras cum rebus ecclesiasticis. Res sacra vt fieret, principis iussu opus erat *l. sacra ff. de R. Diuis.* sed nullibi directo prohibetur, quo minus possint res priuatorum in ecclesie patrimonium transire absque iussu principis. Conf. Petr. Bellug. *cit. l. c. 1. n. 5.* Vera itaque ratio originis huius iuris deduci debet a nimio illo pruritu ditescendi ecclesiam, præeunte hac in re certos ditiores ipso Constantino M. vt Mantuanus *l. 12. Pastorum* concinne de eius profusa liberalitate canit:

*Cæsar hic in nostram gessans pia pectora mentem*

*Immensas donauit opes, vasa aurea, fundos:*

*Vnde sacerdotes magnis prouentibus aucti.*

De imprudentia eius circa hanc liberalitatem vid. Schoockium *tr. de bonis eccles. S. 1. c. 8.* Hic scilicet, vt de origine parochiarum diximus, maximis opibus ecclesias instruxit, & ingentes thesauros hac in re consumsit. Secuti sunt hunc ipsum alii Imperatores; præsertim vero cum opinio de bonis operibus meritoriis omnium animis a clero insinuaretur, pessimus quisque maluit res suas ecclesiis donare, quam spem de salute æterna dubiam sibi facere. Inde tantæ opes ecclesiis obueniunt, conf. Bodin. *de Republ. l. 5. c. 2. p. m. 330.* vbi de opibus ecclesiarum gallicarum incredibilia refert. Cum vero hæc promiscua & profusa liberalitas ecclesiis quidem prodesset, Reipubl. autem ingens detrimentum afferret, quia tam plurima bona ea ratione immunitatem ab omnibus exactiõibus & impositionibus publicis accipiebant, vt ita cæterorū patrimonium maioribus oneribus oneraretur: postulauit publicæ salutis ratio, vt fines certi huic acquisitioni ponerentur, & publice prohiberetur, ne vterius liceret bona immobilia in ecclesiam absque iussu principis transferre. Huic rationi itaque iuris amortizandi originem adscribit Peckius *tr. de Amortiz. c. 10.* iniquiens: *illius ratio videtur in eo consistere, ne crebra ac perpetua facultate acquirendi ecclesiis pique locis permissa principes partiantur sue iurisdictionis diminutionem, cum bona illa mere secularia in manum mortuam seu ecclesiasticam iurisdictionem transeant sicque eximantur a superioritate Principis.* Huc per-

*Equitas hu-*  
*iuribus.*

*Exempla eius-  
modi constitu-  
tionum probi-  
bentium eccle-  
siis acquisitio-  
nem,*

tinet famosa illa constitutio Caroli V. de Anno 1520. d. 29. Octobr. vbi ecclesiis, aliisque collegiis, quæ manus mortuæ appellantur, acquisitio bonorum ecclesiasticorum absque amortizatione est interdicta, insimul testamentis, contractibus aliisque actibus, quibus in ecclesiam bona transfererentur nullis declaratis. De Venetis refert Bodin. *de Republ. c. 1.* quod non modo ecclesiasticis collegiis prædia iuraue prædiatoria, vt loquitur, in posterum denegauerint, sed etiam ecclesiæ legata distrahi aut nisi distrahantur fisco attribui iusserint. Edidit quoque aliquod decretum hac de re ante duo secula, & quod excurrit, amplissimus magistratus Ultraiectinus, quod exhibet Martin. Schoockius *in tr. de bonis Eccles. Sect. 1. c. 9.* In ducatu quoque Iuliacensi eiusmodi statutum reperitur, quo cauetur, ne subditi ecclesiasticis bona imobilia vendant, quod & in camera imperii approbatum est, referente Klock. *de Contribut. c. 12. n. 89.* De ciuitate Colonienfi & Estingenfi idem tradit Knipschild *de Ciuit. Imp. liber. 1. 2. cap. 10. n. 54.*

*An necessitas  
amortizatio-  
nem impe-  
trandi repu-  
gnet libertati  
ecclesiarum.*

§. XXV. Equidem facile coniectura assequi possumus, clerum romanum acriter pugnauisse contra has & similes constitutiones, ex hoc obrentu, quasi libertati ecclesiarum repugnet necessitas amortizationem impetrandi, adeo vt quidam non erubuerint asserere, principes eiusmodi constitutiones edentes ipso iure excommunicationi aliisque pœnis subiici, vti de Petro Iacobi refert Christinæus *Vol. 1. Decis. 201. n. 1.* Lattius hanc quæstionem excussit Peckius *de amortiz. bonor. c. 6.* Verum cum hac ratione ecclesiis nihil detrahatur, nec iura eorum quæ sita diminuuntur; sed ingens tantum abulus Reipubl. pariter ac ecclesiis noxius restringatur, princeps talem amortizationis necessitatem ecclesiis imponendo nihil contra æquitatem admittit. Licet enim ecclesiis bene esse videatur, ingens patrimonium possidere, tamen quia constat, ne quidem illas opes suas in debitum finem semper erogare, sed sæpius inutilia terræ pondera ex hisce patrimoniis sustentare, modo psallere vel horis canonicis interesse ex opere operato possint, cum tamen merito pauperibus inde prospiciendum fuisset, vti in primitiua ecclesia factum vid.



vid. Paolo Sarpi *traité des benefices art. 3.* apparet, hac quoque ratione noxium esse ipsi ecclesie patrimonium superfluum. Vnde nec pontificii saniores hasce constitutiones damnare præsumunt. vid. Christinæuscii. *l. pr. 3. seqq.*

§. XXVI. Est autem amortizatio necessaria, quocumque demum titulo bona immobilia in ecclesiam transferantur, siue per vltimam voluntatem, siue per negotium inter vivos Petr. Beluga *Specul. Princ. Rubr. 14. c. 2. n. 2.* Quod si per vltimam voluntatem ecclesiis parochialibus bona quedam relinquuntur, quæstio oritur, vtrum si amortizatio, in illis locis, vbi necessaria est, impetrari nequeat, heres ad æstimationem rei legatæ sit obligatus. Equidem si ius ciuile intuemur, varie ad hanc quæstionem responderi posse deprehendimus. Primo enim quæstio oritur: an res hæc sit extra commercium ipsius ecclesie necne? vtpote quæ ab ecclesia sine speciali principis dispensatione acquiri nequit. Deinde an hoc casu debeat ipsa æstimatio reilegatæ? Et quod priorem concernit, euidens omnino est, res immobiles ea ratione esse extra commercium ipsius ecclesie, quatenus princeps prohibuit eorum translationem in ecclesiam. Nam licet postea ex speciali principis dispensatione acquiri ab ecclesia possint: tamen ante illam res talis recte dicitur esse extra commercium ipsius ecclesie *arg. l. 39. §. 10. ff. de Leg. 1.* Alii forsan malunt eiusmodi res immobiles amortizationi obnoxias referre ad illa bona, de quibus *ICt. in l. 40. ff. de Leg. 1.* agit, h. e. vbi quidem legatarius habet commercium legatæ rei, sed cui ius possidendi talia bona non est ob aliquod impedimentum extrinsecum, veluti si seruus alicui legatus foret, qui tamen cum hoc pacto esset venditus, vt exportaretur. Verum cum prohibitio legis acquisitionem impediens merito rem extra commercium eius constituat, quem prohibitio tangit; recte dicimus bona, amortizationi obnoxia, esse extra commercium ecclesie. Quid itaque iuris in legato harum rerum? *ICtus in l. 39. §. 10. de Leg. 1.* de rebus, quorum commercium absque iussu principis non est, prædicat, quod nequidem æstimatio earundem debeat. At vero huc optime videntur referri posse bona

*Quando amortizatio necessaria?*

*Vtrum heres ad æstimationem rei ecclesie legatæ sit obstrictus, si amortizatio non possit obtineri.*

bona hæc, quia & harum non est commercium ecclesiæ absque principis dispensatione. Accedit quod tale legatum ne quidem possit dici licite esse relictum, adeoque male hic applicetur *l. filiusfam. 114. §. 5. de Leg. 1.* Et hæc tenentur Dd. in eo plerumque conveniunt, ut rei extra commercium positæ legatæ æstimatione ne quidem præstari possit, ceu contra Lauterbach docet Ill. Dn. Stryk. *in not. ad Eund. tit. de legat. per l. mortuo 49. §. 2. de Leg. 2.* ex qua patet, dissentium hac de re fuisse inter Ctos Conf. Struv. *Ex. 35. ib. 9.* Peckius *de Amortiz. bon. c. 9.* In primis vero tunc nostra decisio obtinebit, si in prohibitione principis, ne bona immobilia in ecclesiam transferantur, addita sit clausula irritans, quia hæc strictius & fortius acquisitioni resistit. In quam quidem sententiam etiam inclinare videtur Christinæus *Vol. 1. Decis. 201. n. 12.* sed nimis tamen anxium in decidendo se gerit, hinc securiorem viam hic esse eligendam putat, præstando æstimationem rei relictæ.

*Ecclesia recte in ecclesiam transferri bona absque amortizatione.*

*Princeps ad ius amortizationis non est adstrictus.*

*An in dotatione requiratur.*

§. XXVII. Cæterum cum ideo tantum ius amortizationis sit introductum, ut ne bona subditorum oneribus & impositionibus subtrahantur, præsertim si ecclesiæ illis non indigent, facile apparet, recte vnam ecclesiam in alteram transferre posse bona immobilia quocumque contractu, quoniam hæc bona iam tum sunt amortizata & a seculari iurisdictione exempta, adeoque in illis ratio prohibitionis locum non inuenit, cum nullum præiudicium per huiusmodi acquisitionem Respubl. accipiat. Hoc quoque indubitati iuris est, principem in bonis patrimonialibus seu, quæ ut quilibet priuatus iure proprio possidet, non esse adstrictum ad necessitatem amortizationis, cum non sibi, sed suis subditis legem dixerit, adeoque huiusmodi bona libere & nullius cum dispensatione in ecclesiam transferri possunt. Denique amortizationem quoque non desiderare putat Peckius *de Amortiz. c. 35. n. 2.* illa bona, quæ pro dotandis, ædificandis ac reparandis ecclesiis destinantur ad necessitatem scilicet convenientem. Vnde Choppin. *de Doman. Regni Franc. lib. 1. c. 13. n. 9.* ait: *quamlibet incapax sit rerum profanarum ecclesia, acquisitas certe ad fundandum seu dotandum paræcie templum non tenetur manu emittere.* Verum quam-

quanquam sententia hæc fauorem & æquitatem habeat in ædificatione, & ita admitti possit, nescio tamen, an omnem amortizationem excludat, saltem in reparatione templi parœciani, quia ibi infinitæ fraudes fieri, quinimo sub hoc prætextu ius amortizandi interuerti posset. Principis itaque erit arbitrium cognoscere de acquisitionis necessitate & sic non difficilem se geret in concedenda amortizatione.

§. XXIX. Quoties itaque ecclesia parochialis talia bona amortizationi obnoxia acquirere vult, adire principem & ab eo amortizationem petere debet, quod fit per literas amortizationis, quarum nonnullas adducit Choppinus de Domaniis *cit. l. n. 7.* vbi Ludouici Tabulæ hæc sunt; *Ludovicus Dei gratia Francorum Rex notum facimus, quod cum res inferius annotatæ sicuti nobis datum est intelligi, datæ fuerint in perpetuam eleemosynam ministro & fratribus S. Mathurini Paris. ordinis S. Trinitatis & capitulorum quedam domus &c. Nos donationes ipsas si factæ sunt vt dictum est, ratihabentes, volumus & concedimus, vt in manu mortua teneant easdem in perpetuum iudem minister & fratres pacifice & quiete salua nobis iustitia & aliis redibentis nostris & saluo etiam iure in omnibus alieno. Quod vt stabile per maneat in futurum presentes literas sigilli nostri fecimus impressione muniri. Actum Parisiis Anno Dn. 1261. mens. Mart.* Neque vero amortizatio tantum impetratur, vbi de acquirendis rebus præsentibus agitur, sed & priuilegium acquirere certa ecclesia potest, de bonis acquirendis absque vera amortizatione, quale morticinii priuilegium anno 1522. Cœnobitæ maioris monasterii Toronenf. elicuerunt, numerata æris summa duarum librarum teste eodem Choppino *cit. l. n. 2.*

§. XXIX. Pro concessa hac amortizatione quasi in compensationem publico inde subtractarum vtilitatum & reddituum solet principi certa pecunia solui, quæ merito eius arbitrio est committenda, quanquam consuetudine vel legalis pecuniæ quantitas determinari potuit, vt de Hispania refert Belluga *c. l. cap. 3. n. 1.* quod ibi soluantur pro iure amortizationis quatuor solidi & vnus solidus pro iure sigilli. In Gallia est tertia pars æstimationis bonorum amortizatorum,

*Quomodo fiat amortizatio.*

*Literæ amortizationis Ludouici Regis Gallie.*

*Priuilegium de bonis acquirendis absque amortizatione.*

*Pecunia certo principi debetur pro amortizatione.*

rum, uti constat ex constitutione Regis Franciæ Caroli VI adducta in disput. Zachar. Prueschencken *de Amortizat. bonor. possit. 16.* Vnde differentiam constituunt inter *amortizationem & indemnitate[m]*. Illa est ipsa licentia & permissio retinendi bona immobilia per manum mortuam: *indemnitas* est illa pensitatio, quæ fit & præstatur domino pro interesse suo loco iurium vtilium, quæ verisimiliter percepturus erat remanentibus in priuatorum manu bonis. Fit autem hæc compensatio vel per *manum vicariam* h. e. pensitationem annuam & in specie vocatur *indemnitas*: vel fit vna in summa semel soluenda & dici solet *finantia* Molina *ad consuet. Paris. tit. 1. §. 57. gl. 2. n. 68.* Bene hac de re loquitur Choppinus *de Domanijs Regn. Franc. lib. 1. c. 13. n. 5.* Cum semel diuino vsui dicatus fuerit ager, iam tum liberatur priuato mortalium dominatu saltim inalienabilis sacerque factus, nulla deinceps producit *adventicia feudi commoda Regi omnium domino superiori.* Ideoque alterutrum ecclesiis onus incumbit vel *acquisita in priuatorum manus deferendi, vel si maluerit princeps, indemnem seruandi eum ipsum nummaria aliqua mortuæ manus pensatione.*

*Verum heres an ecclesia parochialis indemnitate[m] soluere teneatur.*

*Decisio*

§. XXX. Quod si ita bona immobilia ecclesiæ parochiali sint legata, quæstio exurgit, utrum heres an vero ecclesia parochialis indemnitate[m] seu finantiam soluere teneatur? Equidem certi iuris est, regulariter heredem obstrictum esse, ad prædia legata a creditore redimenda, si oppignorata fuerint §. 12. *I. de Legat. adeoque & hoc onus videtur impositum esse ipsi heredi, quoniam præstare debet bona ecclesiæ legata, quæ tamen aliter quam per indemnitate[m] seu ius amortizandi præstari nequeunt. Accedit præsumta voluntas testatoris, quia, cum prædium aliquod ecclesiæ parochiali destinaverit, voluisse videtur, ut illud integrum in ecclesiam transferatur. Accedit denique favor piæ causæ, cuius multi sunt & insignes effectus in iure, & in hanc sententiam videret abisse Petr. Belluga *cit. l. n. 13.* Verum cum iam supposuimus, ne quidem confirmationem eiusmodi legati deberi, si amortizatio obtineri nequit, non videtur quoque heres adstringendus ad soluendam indemnitate[m]. Et dissimilis certe est ratio in pigno-*

pignorata re legata, cum huius adhuc sit commercium, ne uti-  
quam vero rerum immobilium, cum harum translatio in ec-  
clesiam parochialem publica lege impediatur. Habilitat ita-  
que princeps per amortizationem demum ecclesiam, ut hæc  
bona acquirere possit, ergo illud, quod pro hac habilitatione  
soluendum est, merito præstare debet.

§. XXXI. Cæterum hoc ius amortizandi bona ecclesi-  
is relicta vel donata in Gallia quidem & Hispania alibique in  
viridi est obseruantia, in nostris tamen, ut puto, ecclesiis adhuc  
quodammodo incognitum, ex hac forsitan ratione, quod rari-  
us bona immobilia ecclesiis relinquuntur, sed plerumque pe-  
cuniæ quædam quantitas ecclesiæ parochiali legetur. Non  
dubium tamen, quin princeps ex eadem utilitatis publicæ ra-  
tione ius illud amortizandi introducere, & sic acquisitionem  
ecclesiis interdicere possit.

§. XXXII. Ex hætenus dictis iam iudicari potest de  
quæstione illa, quam Canonistæ tractare solent; utrum bona  
ecclesiastica seu parochialia ab ecclesia habeantur iure diui-  
no an humano? Certe cum hæc bona acquirantur non nisi  
per titulos legitimos, imo solummodo ex dispensatione singu-  
lari principum, cum alioquin ne quidem illa acquirere possit  
ecclesia, apparet, ecclesiam illa bona possidere iure humano.  
Ex quo iam dependet decisio quæstionis: utrum bona paro-  
chialia ita acquisita sint exempta ob oneribus publicis iure di-  
uino an humano, de qua quæstione agendum c. 3. vid. interim  
Paolo Sarpi *tr. des Benefices art. 21. qu. 1.*

## CAP. II.

De

## Iure parochiali circa bona parochialia.

§. I.

**I**Vs parochiale circa bona parochialia varium est, pro-  
ut bona parochialia non sunt vnus eiusdemque naturæ. *Bonorum pa-  
rochialium tres classes.*  
Quædam enim sunt destinata, ut parochiani inde emolu-  
mentum capiant: quædam vero sustentationi eorum, qui  
eccle-

D 2

ecclesiæ parochiali operam suam impendunt, inferuunt: quædam denique ecclesiæ parochialis patrimonium tantum augent, vel certis determinatisque sumtibus destinata sunt. Secundum hanc triplicem classẽ itaque ius parochiale hoc capite considerabimus, excussuri, quidnam iuris ecclesiæ parochiali, quid parochis aliisque operam impendentibus ecclesiæ parochiali, quid denique parochianis competat. Tam late enim vocem iuris parochialis accipere necesse est, cum natura & ordo rerum, de quibus agimus, id postulet.

*Subsellia sunt in bonis ecclesiæ parochialis.*

§. II. Ad primam classẽ retulimus bona parochialia, ex quibus etiam parochiani emolumentum capiunt. Et huc fere vnice referimus *subsellia*, quæ reuera sunt in bonis ecclesiæ parochialis, cum lucrum & emolumentum inde habeat & sic eius patrimonium incrementum inde capiat; bona enim secundum Vlp. *in l. 49. ff. de V. S. dicuntur*, quod beent, h. e. beatos faciant & profint, beare enim est prodesse. Referuntur autem communiter ad bona immobilia ciuilitate talia B. Brunnem. *iur. eccl. l. 2. c. 2. §. II.* eo videlicet respectu, quatenus pars sunt rei immobilis, eique perpetuo ex destinatione coherent Hahn. *ad Wesf. tit. de Res. diuis. n. 4. verb. nisi per interpretationem.* Quamuis respectu parochianorum, quatenus ædibus adscribuntur certis, ad iura incorporalia referri debeant; cum hoc intuitu ædibus hisce competat ius habendi in templo parochiali *subsellia* certa. Denique si sunt in bonis ecclesiæ parochialis, si ius quoddam parochialibus ædibus in *subsellia* acquiri potest, frustra est disputatio, vtrum *subsellia* sint in commercio nec ne? Quamuis enim ipsa templa non sint in commercio: tamen ab his vtique separanda sunt bona templorum, & quæ pro his habentur, quorsum referimus *subsellia*. Coherent quidem templis, & hoc respectu, vt dictum, immobilibus accensentur, sed tamen non in cæteris natura in ipsius templi habent, sed magis ecclesiasticis seu parochialibus accensentur bonis.

*Cura extruendi subsellia ecclesiasticis quibus incumbat.*

§. III. Cura extruendi *subsellia* demandatur vt plurimum in constitutionibus ecclesiasticis parochis & ædilibus ecclesiæ parochialis den Kirch. Batern, vt factum in *Ord. Eccl.*

*Eccl. Sax. art. gen. 36. verb.* Darum bey dem Pfarrer ic. ibi: Sonderl. aber sollen alle Pfarrer und Kirch-Väter ein fleißiges Aufsehen haben und Berordnung thun, daß durch den Bau der Gestühle an dem Gehöre Göttl. Worts niemand verhindert wer- *Quomodo ex-*  
de. In *ordin. Magdeb. c. 24.* simul exigitur cuiuscunque loci *struenda.*  
magistratus consensus, quo simul eo rectius prospiciatur in-  
demnitate ecclesiae, vt scilicet subsellia inædificentur, daß die  
Leuthe nicht hierdurch an dem Gehör Göttl. Worts oder dem  
Prediger auff der Cangel oder nach den Altar zu sehen, oder ge-  
meiner Gänge sich zu gebrauchen verhindert werden.

§. IV. Sunt autem subsellia in duplici differentia. *Subsellia offi-*  
Primo *officialium* Amts, Stühle, Raths, Kirchen, Väter Stühle *cialium.*  
quæ destinata sunt illis, qui certo præsumunt officio deinde *Prinatorum.*  
*uatorum* & singulorum qua talium. Illa non aliis concedi  
possunt, quam his qui sunt de illo officio, cui sunt destina-  
ta *Carpz. Iurispr. Confess. l. 2. def. 372.* Quin nec officialibus  
hoc permillum est, quia quod alicui concessum est respectu  
officii, id ad alium destitutum hac qualitate transferri nequit  
conf. *Ord. Magd. Eccles. cit. c. 24. §. 12.* Hæc vero a singulis re-  
dimi ab ecclesia possunt. Et quidem possidentur a singulis vel *Hereditaria.*  
iure hereditario, inde *hereditaria* dicta, vel ad vitam, & di- *Non heredita-*  
cuntur *non hereditaria.* Illa rursus vel certis adscribuntur ædi-  
bus, werden auff das Haus geschrieben pro reditu annuo  
Schilt. *Instit. iur. can. l. 2. tit. 7. §. 6.* itaque cum ipsa re ad quem *Familiaria*  
uis possessorem transeunt: vel tantum certæ familiæ adscripta  
& pertinent saltim ad eos, qui sunt de familia Schulz *de eo quod*  
*inst. circa paroch. c. 4. §. 29.*

§. V. Ius parochiale ecclesiae parochiali circa subsel- *In subselliis*  
lia *non hereditaria* competens consistit in sequentibus (1) *non heredita-*  
quod ecclesia eorum proprietatem habeat, neque enim nisi *riis ecclesia*  
manifeste probetur, ius hereditarium præsumitur, sed eccle- *habet (1) pro-*  
siaæ cedunt *Meu. 5. decis. 408. n. 2.* (2) quod in illius propri- *prietatem. (2)*  
etate possit vsus parochianis concedi pro certa oblatione, *Ius conceden-*  
quæ in modico pretio consistere debet *Carpz. cit. l. def. 360*  
*r. 8.* & si semel consuetudine determinatum, inhibetur in *di vsum paro-*  
*Ord. Magdeb. c. 24. §. 10.* daß keine Steigerung damit vorge- *chianis,*  
D 3 nommen

*Ius prohiben-  
di ne alienen-  
tur.*

*An per loca-  
tionem a pos-  
sessore aliis  
concedi pos-  
sint.*

*Ius parochia-  
norum circa  
subsellia con-  
sistit (1) in iure  
pretendendi  
præ aliis.*

nommen werde, & hanc oblationem non pretium esse vult Schilt. *Instit. Iur. Can. l. cit. §. 7.* cum tantum concedatur in recognitionem dominii. Sed praxis docet vendi utique subsellia ad vitam, adeoque nihil obstat, quominus pretii veri naturam habeat. (3) Hinc ecclesiæ parochiali competit ius prohibendi, a possessoribus, quibus ab illa concessa sunt, temere in alios quocunque titulo transferantur, uti expresse prouisum in *cit. Ord. Magd. c. 24. §. 10.* ibi; noch dieselben erblich, sondern allein auff des Besizers Leben vergünstiget, und keinem seinen Stuhl einen andern zu verlassen, zu vermietthen, zu vertauschen oder durch andern Titul zu cediren und wieder zu vergünstigen verstattet werden bey Verlust des Kirchen-Stuhls, dessen sich die Kirche anzumassen hat. Equidem quamuis facilius, cessionem prohibitam esse concedi possit, illud tamen in hac ordinatione singulare esse puto, ut ne quidem per locationem vsus eorum alteri concedi possit, cum tamen usufructuario, quem communiter comparant cum possessore subselliorum, commoditatem usufructus alteri relinquere haud sit in iure denegatum *l. non vititur 38. ff. de Vsufr.* Vnde & Carpzouius *c. l. def. 362. n. 9.* regulariter id permissum esse etiam in subselliis alteri concedendis asserit. (4) Sicuti usufructuarii morte exstinguitur usufructus, ita & possessoris subselliorum morte exstinguitur vsus subselliorum, & ecclesia ius habet, illa sibi vindicandi. Vnde in *ord. cit. Magd. c. 24. §. 11.* Wenn aber ein Besizer des Stuhls mit Tode abgeheth, oder sich aus der Pfarre in eine andere wegwendet, soll derselbe der Kirche wieder anheimb fallen. Et in *ordin. Eccles. Sax. art. gen. 36. §.* derwegen soll in den Kirchen ibi: sondern da stirbet, soll desselben, es sey Mannes oder Weibes, Stuhl der Kirchen anheimb gefallen seyn: conf. Carpzou. *cit. l. def. 368.*

§. VI. Ius vero parochianorum in his subselliis constituitur (1) quod ius habeant pretendendi subsellia præ aliis, qui non sunt parochiani. Cum enim peculiariter huic ecclesiæ parochiali addicti sunt, & simul obstricti ad percipienda ibi sacra, id vero non commode fieri posse videatur, nisi de certis subselliis parochiani sibi prospexerint; hinc merito ecclesia parochi-



parochialis illis de eis prospicere debet. Inde cauetur in *ordin. Magdeb. Eccl. c. 24. §. 10.* Zuforderst den eingepfarreten zum Gebrauch zu verschreiben. Ex quo sequitur, vt, cum hoc ius subfelliorum habeant, quia sunt parochiani, mutata parochia, <sup>(2) Ius protimiseos</sup> illud retinere non possint, sed subfellia ipsa rursus cedant ecclesiae <sup>(3) Cognatis possessoris defuncti idem ius competit.</sup> Carpz. *def. 363. n. 6. seqq.* Hoc nomine itaque parochianis (2) competit ius protimiseos, vt, si hi concurrant cum non parochianis in emtione subfelliorum, potiores esse debeant. *Meu. 5. decis. 408.* (3) Quamuis vero morte possessoris exspiret vsusfructus subfelliorum, tamen possessoris heredes iure protimiseos & praelationis vruntur, modo ibidem sint parochiani *Meu. cit. l. n. 9.* Ita enim in *ordin. Eccl. Sax. art. gen. 36.* §. derowegen ibi: die ihn umb ein leidlich Geld des Verstorbenen nechsten Erben für allen andern gönnen soll. Quamuis vero communiter heredibus ab intestato proximioribus id ius datum sit, non habita ratione agnationis & cognationis *Carpz. def. 367.* neque etiam ad certos tantum gradus succedentium restrictum; quod quomodo intelligendum latius explicat *Philippi de iure subfell. c. 4. §. 8.* singulari tamen ratione in Ducatu Magdeburgico hoc ius restrictum tantum ad certas personas. Ita enim lego in *Ord. Magd. Eccl. c. 24. §. 11.* Gleichwol der Verstorbenen descendentes Brüder und Brüder Kindern, die Männer; Weiber, Stihle aber denen Töchtern und Töchter Kindern, Schwester Kindern, Witwen, wenn sie eingepfarret seyn, auch sich darzu binnen 4. Wochen nach der Erledigung bey dem Vorsteher anmelden, und keinen weitem Freunden vor andern Eingepfarreten, hinwieder auf ihre Verohn um ein billiges gelassen ic. Præscribitur vero huic iuri protimiseos quatuor hebdomadam spatium, inde pergitur in *cit. ordin.* aber auf den Fall Sie in vier Wochen nicht hierum anhielten, einen andern eingepfarreten auff seine Lebenszeit verschrieben werden, quod tempus etiam in Saxonice ecclesiis obtineri docet *Carpzou. cit. l. def. 368.* Ignoscendum tamen merito heredi, si ob iustam causam intra tam breue spatium iure suo uti non potuerit, quo etiam merito refero cum *Carpzou. ignorantiam:* Quamuis enim alias hæc non præbeat iustam contra præscriptum exceptionem <sup>*Ignorantiam non currit.*</sup>

*Quodnam  
tempus iuri  
huic præscri-  
ptum.*

*Ignorantiam  
non currit.*

An nobiles pa-  
rochiani hic  
prærogativa  
gaudeant.

(5) Ius commo-  
ditatem sub-  
selliorum  
transferendi  
in alium.

onem, id tamen minime locum habere potest in breviori spa-  
tio, cum ratio, quæ in præsumta scientia eius, qui per longum  
tempus inquirere cessavit, consistit, hic omnino cesset. Sic &  
minores quoque ubi ad maiorenitatem perueniunt, intra  
quatuor hebdomadas restitutionem petere possunt Philippi  
*de Subsell. c. 4. §. 9. (4)* Adscribit etiam parochianis nobilibus  
præ aliis parochianis prærogativam Carpz. *c. l. def. 369.* ex di-  
gnitate & status præeminentia, qua polleant, quæque adeo  
non parum præcedentiæ ipsis tribuit, quod tamen tantum ad  
nobiles parochianos restringit. Equidem quin mores huic  
sententiæ suffragium ferant, non præfracte negabo: nam &  
rescripta a consistorio adducta de ipsa praxi, saltem saxonica  
testantur: verum id inde concludo, in eo quoque abiisse ec-  
clesias parochiales a natura ecclesiarum in genere considera-  
tarum, quod hic in ecclesia admittat respectum personæ,  
quod tamen *sect. 1. c. 2.* reiectum est. Rectius itaque B. Dn.  
Brunnemannus *Iur. Eccl. lib. 2. c. 2. §. 11.* tutius esse existimat, in  
talibus negotiis ecclesiasticis personæ respectum seponere.  
*Nam, inquit, in ecclesia cum cultum DEO præstamus, omnes pares  
sumus & diserte id a Iacobo videtur prohibitum in Epist. c. 2. vers.  
2. & 3. (5) Ius disponendi de subsellis eaque in alium transferen-  
di, qua ratione denegetur parochianis, quatenus vero compe-  
tat, dictum ad §. 5. n. 3. Equidem Schulz. disp. de eo quod iust. est  
circ. paroch. c. 4. l. 34. contra Carpzouium asserit, quod nequi-  
dem commoditas subselliorum possit transferri in alium, cum  
hac in parte argumentum ab usufructuario non procedat, &  
hac in re magis vsuarium referre videatur. Verum cum hac in  
re ecclesiæ parochiali non præiudicetur, & communiter quo-  
que vsusfructus possessoribus subselliorum adiudicetur, &  
denique praxis plurimarum ecclesiarum hoc approbare cer-  
tum habeam, non video, quare hoc ius parochianis sit dene-  
gandum, nisi specialiter id iis ademptum sit, uti supra ex or-  
din. Magdeb. Eccl. tradidimus. Vnde nec Ill. Dn. Stryk. ad  
Brunnem. I. E. cit. l. hoc negat, sed solummodo praxin lo-  
corum hic variare asserit, quod omnino admitto.*

§. VII. Circa subfella hereditaria minus iuris ecclesie parochiali competit; plus vero iuris parochianis vel possessoribus. Equidem dubitatur, qua ratione ecclesia possit hereditario iure transferre subfella? Verum sicuti fe-  
*Quomodo hereditario iure ecclesia possit transferre subfella.*  
 pulchra hereditaria possunt, ita eodem modo ratio iuris non impedit, quo minus ecclesia possit alicui pro se & heredibus subfella vendere, vbi tunc necessariae videntur illae solennitates, quae alias in alienatione bonorum ecclesiasticorum requiruntur, de quibus alibi, vid. Carpz. cit. l. def. 361. Et quidem in subfelliis, certae familiae destinatis, illud ius ecclesiae parochiali referuatur, vt deficientibus his, qui sunt de illa familia, rursus ecclesiae parochialis liberae dispositioni aperiantur Schilt. *Instit. iur. Can. t. 2. c. 7. §. 6.* Quae vero aedibus adscripta sunt, nunquam videntur redire ad ecclesiam, & illud inde ius ecclesiae parochiali adhuc competit, quod redditum annuum a possessore aedium capiat, quanquam hic magis respiciendum sit ad pacta cum ecclesia inita c. l.

§. VIII. Ius, quod heredibus circa hereditaria com-  
*Ius heredibus competens circa subfella hereditaria.*  
 petit, consistit in eo, quod iure possint praetendere subfella tanquam heredes, non quidem vt libere de illis possint disponere, sed vt, sicuti primus acquirens illa pro se & heredibus acquisiuit, eum in vsum quoque ipsemet illa adhibeant. Hereditarium enim dupliciter dicitur (1) proprie pro eo, quod ita est in dominio, vt ac quoslibet vsus adhiberi possit. (2) vt quidem ius heredibus, qua talibus, competat, sed ab aliis quam heredibus possideri nequeat. Sic & subfella, aedibus adscripta, ab illis separari & in alios a possessoribus transferri nequeunt, quia ius illud subfelliorum possessoribus aedium istarum demum concessum. Vnde & *ordin. Magd. Eccl. c. 24. §. 12.* diserte cautum, dass wenn die Stühle von denen Häusern veräußert, dieselbe wieder darzugebracht werden sollen.

§. IX. Ad secundam classem retuli bona illa parochialia, quae sustentationi eorum, qui ecclesiae parochiali inferuiunt, destinata sunt. Equidem si faciem primitivae ecclesiae intuemur, animaduertimus, non ita presbyteris certa fuisse bona destinata, vt bona parochialia nostris parochis. Tem-  
*Subfella aedibus adscripta ab aedibus separari nequeunt.*  
 pore

*Presbyteri  
olim aleban-  
tur ex bonis  
communibus.*

*Bona ecclesie  
superflua  
egentibus sub-  
ministraban-  
tur.*

*Occasio rece-  
dendi a com-  
munione.*

*Cypriani que-  
rele de avari-  
tia quorun-  
dam episcopo-  
rum.*

*Immobilia  
non possedit.*

pore apostolorum communio bonorum obtinebat, & sic do-  
minium bonorum ecclesiasticorum penes totam ecclesiam  
i. e. penes omnes Christianos fuit, ceu ex actis apostolorum  
constat, adeoque tunc etiam presbyteri de hisce commu-  
nibus alebantur bonis. Quamvis vero illo communio bo-  
norum inter omnes Christianos non diutius subsisterit, ut  
docet Zieglerus *de Do. Eccl. cap. II. §. 3.* tamen presbyteri adhuc  
ex communibus bonis alebantur, cum ecclesie omnes sua pecu-  
liaria araria habuerint: *Hospin. de Orig. bon. Eccles. c. 1.* Cir-  
cumscibit hoc ipsum Frá Paolo Sarpi *in tr. des benefices art. 3.*  
*ita: Et cet usage dura environ deux cens ans, les ministres de l'*  
*Eglise & les Pauvres subsistent toujours de la bourse commune*  
*sans qu'ils yeût d' autre fons, que les ofrandes, que les fidels*  
*faisoent dans l' Eglise; lesquelles veritablement estoient tres-*  
*abondantes, car la charité estoit si grande, que chacun don-*  
*noit tout ce qu'il avoit moïn de donner. Neque vero patrimo-*  
*nium certum ecclesiis comparare studebant, quod illis quasi*  
*esset affixum perpetuum, ut quidem hodie fit; sed, quæ*  
*abundabat diuitiis, alii egenti succurrebat. Ita enim pergit idem*  
*c. 1. Ainsi lorsque les biens de Chretiens d' une ville suffisoient ai-*  
*sément avec besoins de leur propre Eglise, il se faisoit aussi des*  
*collectes pour les autres Eglises, qui estoient pauvres.*

§. X. Verum, ut *de origine parochiarum* annotauimus,  
postquam clericis relictis cœlestibus incescit amor rerum tem-  
poralium & maluerunt proprium aliquod territorium, intra  
quod regnarent, possidere, facilius fuit occasio, recedendi a  
pristinis moribus, & certum sibi vindicandi fundum, unde non  
tam viuerent, quam sibi diuitias compararent. Et quod mireris,  
iam Cyprianus suo tempore seculo III. conqueritur de avari-  
tia quorundam episcoporum, quod illi, quos & hortamento  
esse oportet cæteris & exemplo, diuina procuratione con-  
tentis, procuratores secularium rerum fieri, derelicta cathedra,  
plebe deserta, per alienas prouincias oberrantes, negotia-  
tionis quæstuosæ nundinans aucupari studeant. vid. *Ame-*  
*lot de la Houssaie in not. ad Pauli Sarpi tr. des benefices ad art. 4.*  
Quamvis adhuc eo tempore nulla bona immobilia quiete pos-  
sederit

federit ecclesia, quia secundum leges romanas ecclesie ecclesia eo christiano- rum vt potest tunc temporis considerata, tanquam collegia illicita, non erant habiles ad possidendum aliquid immobile vid. l. 8. C. de hered. inst. Sed si quæ res immobiles ecclesiis dabantur, confiscationi statim erant obnoxie. vid. Hospin. de Orig. bon. Eccl. c. 1. Constantinus vero demum in l. 1. C. de SS. Ecclef. ius capiendi ex testamento dedit ecclesiis. Spuriæ itaque sunt traditiones plerumque, qui ad hæc tempora fixa bona immobilia ecclesiis adscribunt, vti bene iudicat Sarpi cit. l. p. 17. tempore.

§. XI. Constantini itaque temporibus immobilibus bonis cœpere ecclesie abundare, & discretis eo tempore quo que parochiis, placuit clericis de certo sibi ex illis bonis prospicere redditu, quam incerto lucro inhiare. Inde cœpit diuisio fieri de redditibus bonorum parochialium, cuius mentionem facit Simplicius papa (quem alii Sulpicium vocant) in c. Constantini tempore immobilia possidere ecclesia cœpit. Diuisio reddituum ex bonis paroch. in quatuor partes. de Reditibus 28. C. 12. qu. 2. quod vna portio ex his redditibus episcopo debeatur, duæ vero ecclesiasticis fabricis & erogationi peregrinorum & pauperum, vltima vero clericis pro singulorum meritis diuidatur. Distinctius hanc diuisionem enarrat Gelasius Papa in c. vobis 23. C. 12. qu. 2. quod ita scilicet institutura, vt vnâ sibi tollat antistes, aliam clericus pro suo iudicio & electione disperiat, tertiam pauperibus sub omni conscientia faciat erogari, fabricis vero quartam. Quod idem repetit in c. quatuor 27. c. 12. Q. 2. Videlicet vt ex cit. c. vobis 23. apparet, omnis pensionis summa ex omnibus prædiis rusticis vrbansque ad ecclesiam illam pertinentibus collecta ad antistitem deferrebat & ita diuisio instituebatur, vt clerici ex bonis ecclesie parochialis reditus caperent, quod facile euinci potest ex c. quatuor 27. C. 12. Q. 2. vbi Gelasius ita portiones faciendas esse docet, prout cuiuslibet ecclesie facultas admittit, vt ita quælibet ecclesia parochialis iam suum proprium habuerit patrimonium, vti contra M. A. de Dominis recte euincit Ziegl. de dot. eccl. parochialium. Diuisio ista portionum parochialium, fiebat geometricè. Probabile vero est ex verbis Simplicii in c. de Reditibus 28. cit. vltimis, non tamen arithmetice factam fuisse istam diuisi-

diuisionem, quam secundum proportionem geometricam, de quo ita iudicat Frá Paolo Sarpi *in tr. des benefices art. 7. Il ne faut pas croire, que cette diuision fût en quatre parties arithmetiques & egales, mais bien avec proportion. Car le nombre de Clercs dans quelques Eglises, requeroit une portion plus forte, que celle des pauvres, au lieu que c' estoit le contraire dans les autres, ou il y avoit beaucoup de Pauvres & peu de Clercs: & comme dans les grandes Villes la depense de la fabrique étoit plus grande, que dans les petites, chaque Eglise, qui acceptoit le decroit de partager en quatre, faisoit cette diuision avec une proportion diferente selon la diferente du besoin conf. Ziegl. cit. l. §. 28. Martin Schoock *de Bonis Eccles. sect. I. cap. 5. vbi pauperibus primum locum assignandum esse contendit. Illud vtique ex hac diuisione patet, rectius tunc temporis consultum paupertati fuisse, quam hodie, vbi ecclesiarum patrimonium superfluum rarius ad hoc impenditur, quanquam & postea quadrimembris ista particio conuerfa fuerit in bimembrem, constitutumque, vt omnes prouentus inter episcopum clerumque parochialem diuiderentur.**

*Reditus diuisi,  
non bona pa-  
rochialia.*

§. XII. Ita ergo ipsi redditus inter parochos distribu-  
bantur; bona vero ipsa parochialia non diuidebantur, sed  
manebant ita sub administratione eorum, qui ad hoc destina-  
ti erant. Labet id rursus verbis Fra Paolo Sarpi *in tr. des bene-  
fices art. 7. referre, qui ita: Mais environ l' an 500. quoique les  
reuenus fussent diuisez en quatre parts les fonds, tant des biens  
immeubles que des ofrandes & des aumônes ne l' estoit pas pour  
cela mais le tout estoit gouverné corjoinement par les Diacres &  
par les Sousdiacres, sans autre partage, que celui des reuenus.*  
Quamuis itaque sub administratione diconorum res eccle-  
siasticæ essent; Episcopi tamen se tandem adeo huic rei inge-  
ssisse videntur, vt necessum fuerit in concilio Chalcedonensic.  
26. hanc administrationem eis auferre, œconomisque ad hoc  
negotium constitutis deferre. Refert hunc canonem Gra-  
tianus in c. quoniam 21. c. 16. Q. 7. vbi ita: *quoniam in quibus-  
dam ecclesiis, vt rumore comperimus, præter œconomos episcopi  
facultates ecclesiasticas tractant, placuit omnem ecclesiam haben-  
tem*

*œconomorum  
origo.*

tem episcopum habere œconomum de clero proprium, qui dispense res ecclesiasticas secundum sententiam proprii episcopi, ut ecclesie dispensatio præter testimonium non sit; & ex hoc dispergantur ecclesiasticæ facultates & sacerdotio maledictionis derogatio procuretur. Quod si hoc minime fecerit, diuinis constitutionibus subiacebit. Horum œconomorum passim quoque iniicitur mentio in nostro iure vid. *Nov. 6. 7. & 133. l. 14. C. de SS. Eccl. l. 25. 42. & 49. de Episc. & Cler.* quævis & hi œconomi, episcopis minus grati, tandem desierint esse, clero ad se administrationem rapien-  
 tem ad se ra-  
 puit admini-  
 strationem bo-  
 norum paro-  
 chialium.

hoc epiphonema de clero sui temporis: *vinam expendant qui-  
 dam ex illis, qui reformati ministri haberi cupiunt, quos audire est  
 sepe stochmabantes, quod non possint mitti in possessionem bono-  
 rum, quæ ad parochiam suam pertinent, eaque per se administrare.*

§. XIII. Atque nactenus non erat cogitatum de benefi-  
 ciis ecclesiasticis, de quibus postea vberime fama incre-  
 buit Tunc enim demum innotescere cœperunt, vbi clero  
 non ere amplius videbatur, isti diuisioni portionum, inherere;  
 sed malebat propria possidere bona. Occasionem huius rei  
 recenset Sarpi prælaudatus *art. 10.* ex quo, quæ huc spectant,  
 breuiter contraham: Videlicet sicuti dissensionum fomes  
 communionem Christianorum primæuam sustulit; ita ead-  
 em præbuere ansam œconomis eripiendi administratio-  
 nem. Forsan enim hi non satis auiditati clericorum facie-  
 bant, & sic hi quasi de iniuria sibi facta conquerebantur.  
 Hinc consultius sibi esse putabant episcopi, si ipsi per se ad-  
 ministrarent bona illa parochialia. Ad se itaque traxerunt  
 ea, & diuisione instituta, parochio cuique suam portionem  
 assignabant. Neque vero talis diuisio est eodem tempore  
 facta, sed in quibusdam primitus locis recepta adeo se exten-  
 dit, vt successu temporis mores pristini in omnibus fere ec-  
 clesiis deponerentur clericis, in primis malis, qui quo ci-  
 tius currunt, eo minora obstacula inueniunt, vt ait Sarpi. In-  
 de occasio nata beneficiorum introducendorum. Cum enim  
 eo tempore, quo in hoc statu res ecclesie essent, principes  
 agros publicos optime de militia meritis distribuerent, sub  
 hac

*Beneficiorum  
definitio*

hac lege, vt fidelitatem præstarent in defendendis, limitibus & castris, quales agri vocabantur beneficia, *siefs comme choses tenues des bienfaits du prince*: Ita clerus politicos mores summe amplectens partem de fundis ecclesiasticis sibi assignatam vel potius ius illam possidendi appellarunt BENEFICIA. quod essent instar militum cœlestium, qui quasi pro tali concessione fidelitatem in proeliis spiritualibus promitterent. Vnde etiam a nonnullis definiuntur, quod sint *certa & spiritali muneri coniuncta bonorum ecclesiasticorum portio, quæ certis ædibus sacris ad hoc est assignata, vt clerico ob ministerium sacrum perpetuo ad vitam sustentandam in victu & cultu cedat*. Petrus Murga *de benefic. quest. 1. n. 4. in f.* Quæ autem ad hoc requirantur, vt beneficium proprie dictum appellari mereatur a canonistis, & imprimis Murga. *c. 1.* & Barbosa *de iure eccles. lib. 2. cap. 2.* fusius pertractatur, nec illa quidem materia huius loci est.

*Vtrum consultius sit bona parochialia aliis administranda concedere, quam ipsis parochis administracionem permittere.*

*Rationes decidendi.*

§. XIV. Atque ex hoc tempore parochi bona parochialia possidere in ceperunt, & adhuc in possessione quiescunt plerisque in locis, adeoque ea ipsa administrant. Vtrum vero consultius sit, vt redeatur ad pristinos mores, nec tam parochis quam aliis œconomis administratio eorum permittatur, non sine ratione quæritur? Certe de Belgorum moribus id factum esse, asserit Martin. Schoockius *de bon. Eccles. sect. 2. c. 25.* vbi testatur, quod ringantur sæpe multi ex ipsis reformatis, quod alicubi imo in ipso Belgio magistratus hæc bona siue alienauerit, siue fisco suo vindicata per quæstores administraret, per hos cuique parochi dimensum suum assignando, & mallent non solum ea suis parceciis annexa a pastoribus loci curari, verum etiam quod indignentur grauissime, quod aliquis hæc bona emerit, censentes a sacrilegio eum absolui non posse, qui contentiente quoque magistratu, imo ab eo ipso bona mercatus fuerit, adeoque parochum, cuius forte interesset, obloqui magistratui, bonorumque ab eo alienatorum restitutionem efflagitare posse. Quod si hæc omnia, quæ hæctenus de origine iuris parochialis circa bona parochialia dicta sunt, conferamus, meliori certe tunc visa fuit res esse loco, vbi per œconomos administraretur res paro-



parochialis, singulisque parochis sua portio assignata præberetur, quam ubi clerus administrationem rerum parochialium sibi vindicavit, & si modo rite magistratus suo satisfaciant officio, & œconomos fideles piosque administrationi præficiant, non video, qua ratione parochi conqueri possunt. Adeoque qui absque præiudicii examinaverit rationes Schooki *l. cit.* adductas, inueniet, illas omnino esse fundatas. Ostendit enim, sæpe accidere, ut viri donis eminentioribus præ aliis præditi, imo familia numerosiori onerati, vix tantum accipiant, ut suam fuorumque famem propulsare queant, aliis interim non tantum delictis vacantibus, verum etiam multum ex reddituum annuorum residuo comparcentibus, quod nullam aliam ob causam accidere dicit, quam quia pastores coguntur contenti esse annuis redibus, qui ordinarie ex bonis parocciæ annexis percipi solent, nec semper integrum est magistratui defectum ex ærario publico supplere. Deinde quoque parochi exonerantur variis molestiis & laboribus, quos sustinere debent illi, quibus ipsa bona parochialia, ut ex eorum redditibus viuant, administranda committuntur. Denique quod eo modo obex ponatur avaritiæ parochorum. Nam si illis bonorum parochialium annui proventus conceduntur, incertum est, quantum ordinarie accipiant, & sic auari parochi prætereundere possunt, se minus quotannis accipere, quam reuera accipiunt &c.

§. XV. Cæterum si iam de iure quæramus parochorum, quod illis in bona parochialia competit, facile patet, iure quodam ususfructus tantum illa eis concedi, ut ex redditibus scilicet perceptis viuere possint Schilt. *Instit. iur. can. l. 2. ha. consistit in c. 8. §. 4. Carpzov. iur. ispr. Consistor. l. 2. def. 353. n. 1.* Vnde Luther *tom. 6. Witt. f. 332.* dicit: Niemand kan leugnen, daß kein Pfarrer Herr etwas eigenes hat an der Pfarre, sondern seyn Gäste in den Pfarr-Gütern, und müssen sie hinter sich lassen, wenn sie sterben. Hoc tamen non esse intelligendum absolute puto, cum in quibusdam quidem referant usufructuarium, in quibusdam vero ab eo discrepent, & partim deterioris, partim melioris conditionis esse soleant, uti de singulis postea videbimus.

§. XVI.

De iure paro-  
chorum in re-  
ditus ex bonis  
parochialibus  
perceptis.

Sunt proprie-  
tarii reditu-  
um.

§. XVI. Quodnam vero ius parochi in ipsis redditibus habeant, etiam valde disputatur, & per aliquot secula disputatum fuit, ut testatur Frà Paolo Sarpi *in tr. des benefices art. 52.* illamque adhuc hodie esse relictam indecisam. Videlicet eo recurrit tota controuersia, utrum sint *propriarii* fructuum & reddituum, an vero tantum *usufructuarii*, vel *dispensatores*, ita ut priori casu de iis disponere possint pro lubitu, non vero posteriori, sed tantum possint inde necessaria vitæ capere, superfluum autem restituere? Ex quo simul decisio alius quæstionis dependet: utrum ministris ecclesiæ, qui aliunde habent, unde viuant, liceat reditus ex bonis parochialibus capere? Opiniones inter se hac de re certantium exhibet Ziegl. *de Dot. Eccl. c. n. §. 32.* & Sarpi *cit. l.* Mediam quandam sententiam elegit Caietanus relatus ab Amelot de la Houssaie *in not. ad Sarpi cit. l.* Ipse Paolo Sarpi adiudicat proprietatem reddituum parochis, modo officio suo, propter quod illos accipiant non desint. Ita vero ille: *la justice veut, que celui, qui est serui, paie la salaire a l'ouueries, & que celui ci en puisse faire ce qu'il veut: & il est indubitable, que le Chantre, le Organiste ou les autres Officiers des Eglises sont les maitres de la recompense qu'ils ont pour leur peine. Il n'est pas non plus hors de raison dire, que les Prêtres & les autres Clercs doivent être Paiez pour le service, qu'ils font a l'Eglise & que leur salaire est d'eux.* Approbat eandem sententiam quoque Ziegl. *de dot. Eccl. cit. l. §. 33.* quod nullum præceptum extet diuinum, quod proprietati talium fructuum resistat, quod stipendia parochis adimat superflua, quæ quidem sententia in nostris parochis admitti omnino potest, cum & usufructuarius, licet fundi non sit dominus, tamen fructuum inde perceptorum dominium habeat. Ast in aliis beneficiis, ut canonicatibus præbendisue difficilior quæstio occurrit, cū ut praxis ostendit, parum vel nihil laboris suscipiatur ratione cultus diuini, & tamen ratione eius reditus percipiuntur. Et huc puto respexisse Frà Paolo Sarpi, quando in fine de quæstione hac ita iudicat, quod quidem controuersia hæc difficulter decidatur in thesi, sed facilius in hypothesis, quod conscientia cuiuslibet, si non plane quis obduratus sit, voluntaria quadam ignorantia, facile omnia

omnia tollat dubia, *car Dieu, inquit, n'elaisse point d'incertitude à ceux qui veulent cheminer selon ses commendemens.*

§. XVII. Sed de altera quæstione, vtrum scilicet parochi ditiores, qui ex propriis bonis se exhibere possunt, reditus ex bonis parochialibus iuste percipere queant, adhuc paucis videndum. Inter Theologos tractavit hanc quæstionem fusius Gerhardus relatus a Dedekeno *P. 1. Vol. 1. membr. 4. Sect. 2. n. 1. scientia percipiendi, de quibus Ill. Dn. Stryk. in not. ad Brunn. lus eccl. l. 2. c. 5. §. 2. iudicat, quod non omnia concludant. Ex ICtis illam reassumit Carpz. Iurisp. Eccl. lib. 1. def. 122. sed nihil aliud agens, quam vt argumenta Gerhardi in compendio referat, quamuis ipse sententia in ordin. Eccles. Sax. art. gen. 24. sit approbata, vbi ita: Und soll keine gemeine Entschuldigung angenommen werden, da sie fürgeben, als sey der Pfarrer sonst reich genug, dergestalt sie allezeit sich ausreden und den Pfarrer seinen gebührenden Gold vorhalten möchten. Verum licet facile concedamus, iure externo posse parochum etiam diuitem reditus ex bonis parochialibus prætere; circumstantiæ tamen tales adesse possunt, vt absque conscientia suæ violatione exigere nihil quicquam possit: veluti si ecclesia & ipsi parochiani inopia premantur, iniquum certe foret, si parochus propterea suo officio defungi noller, si reditus ipsi non possent præberi, transfret enim sine dubio tunc in mercenariorum sortem, vti egregie iudicat Ill. Dn. Stryk. cit. l. & ostenderet, se magis parochiæ præesse propter fructus, quam ad promouendam gloriam Dei, & animas parochianorum ad veram Dei cognitionem ducendas.*

§. XVIII. Verum iam specialis formanda est consideratio bonorum parochialium. Et quidem primo loco occurrunt ædes parochiales die Pfarre, in quibus ipsi ius habitandi concessum, quamuis an vsusfructus an vero tantum vsus ipsi in illis concessus, non accurate determinari possit, sed potius hic respiciendum sit ad mores locorum, vid. Schilt. cit. l. §. 3. Ex quo dependet decisio quæstionis, vtrum parochus possit ædes parochiales aliis locare vel inquilinos recipere, & videmus id passim

*Vtrum parochi ditiores reditus ex bonis parochialibus salua concipere possint?*

*Decisio.*

*Ius parochi in ædes parochiales.*

*An parochus possit ædes parochiales locare vel in iis in-*

*inquilinos reci-  
pere.*

passim prohiberi in constitutionibus ecclesiasticis. *In ordin. Eccl. Magdeb. c. 24. § 9.* ita dispositum legimus: Weil auch fremde Hausgenossen wenig Vortheil stiften, sondern vielmehr in den Häusern Schaden thun, so sollen die Prediger, Schulmeister und Küster keine, es wären denn Arme vertriebene ehrliche Leute, die Unterrichts und Trostes auff eine Zeitlang nöthig hätten, einzunehmen befugt seyn, doch denen, so bey ihren filialn sondere Wohnung haben, soll zu vermietthen frey stehen, aber der Conductor keine Hausgenossen mehr zu sich nehmen. Hic occurrit aliqua limitatio, quam in *Saxonica ordinat.* non reperio, scilicet quod possit parochus pauperes & solatii egentes recipere, ne ei præcludatur materia benefaciendi, quod omnino commendandum puto. Ita enim indistincte *in ord. Saxon. Eccl. art. gen. 32. in fin.* Es sollen auch hiermit allen Pfarrern und Küstern ernstlich befohlen seyn, daß sie keine Hausgenossen in ihre Häuser einnehmen, allerley Gefahr, Aergerniß und Schaden zu vermeiden, welche offermahls hieus aus erfolgen. Wenn aber einem Pfarrer auch ein filial zu versorgen zustehet, und dasselbe auch eine besondere Behausung hätte, soll ihm vergunt seyn, solche zuvermietthen oder zuverpachten, doch daß derselbe auch nicht andere Hausgenossen zu sich nehme und dem Hause keinen Schaden zufüge, sondern da es geschehen, denselben alsbald wieder erstatten solle. Vnde contractus locationis merito nullus est, quod confirmat *Carpz. lib. 2. def. 253.* rescripto quodam, vbi inter alias hæc leguntur: Ob nun wohl euer Mieth-Contract vorhanden, und mit einer darüber gefertigten Schrift bezubringen. Dieweil aber dennoch dem Pfarrer nicht gebühret, der Churfürstl. Sächsischen Kirchen-Ordnungen zu wider einen Mieth-Mann und Hausgenossen zu sich in die Pfarre zunehmen, noch darinnen einige Stuben und Cammern um Geld andern zu vermietthen, so mag der mit euch getroffene Contract für gültig nicht geachtet, noch ihr in der Pfarv-Wohnung geduldet werden. *V. N. W.* Quodsi iam hæc iura examinemus secundum naturam vsus, videmus, plane ipsa recedere ab vsu, cum vsuario nullatenus sit prohibitum inquilinum secum recipere *l. 4. pr. ff. de vsu& habit.* quod tamen

*Parochus mi-  
nus iuris ha-  
bet in rebus  
parochialibus  
quam vsuarii.*  
35.

tamen parochis expresse denegatum, adeoque nec ad regulas vsus hic semper recurrendum est. Quid ergo dicendum vbi alicubi nihil quicquam hac de re decisum in ordin. ecclesiasticis, an in dubio locare illas ædes potest? Quod non existimo, quia has ædes destinatas esse certæ personæ propter certum officium constat, tales res vero non indistincte aliis concedi possunt, sed ab eo, cui propter officium destinatae sunt, vsurpari debent. Franc. Stypman. *de Salar. Clericor. c. 9. n. 56. seqq.* Vnde & in *Ordin. Sax. art. 22. §. 18.* cautum, ohne des Consistorii sonderbare auff gewisse Maasß und Beding geschene Zulassung sol kein Pfarrer oder Schulmeister aus seiner ordentlichen Amts-Wohnung in sein eigenes oder ein fremdes Haus, mit der Wohnung sich wenden.

*In dubio ædes parochiales aliis locari nequeunt.*

§. XIX. Sunt vero parochi obstricti, ita ædibus parochialibus vti, prout patrem familias bonum decet, vti de vsufructuario dicitur in *§. sed si gregis 38. l. de R. Diuis.* Et cum officium boni patris familias quoque in eo consistat, vt factæ rectæ ædes conferentur; hinc quoque parochus ad illas impensas *modicas*, per quas ædes factæ rectæ conseruantur, obstringitur. Franc. Stypman. *de Salar. cleric. c. 9. n. 3. seqq. conf. c. i. X. de Eccl. edific.* Variant tamen hac in re constitutiones locorum. In *ordin. Magdeb. eccl. id claris verbis dispositum in c. 4. §. 5. 6.* vbi distinguitur, daß dasjenige, so von dem Gesinde durch den tägl. Gebrauch beschädiget wird, als Ofen, Fenster, Thüren, Schösser, Dach und Fach, von denen Predigern im baulichen Wesen erhalten werden, zumahl wenn die Kirchen und Küstereyen oder eingepfarrete untermögend sind, Quod si vero vetustate ædes corruptæ maiores impensas ad refectionem requirant, ad has non obligatur parochus, sed a parœcianis vel ecclesia talis refectionis est suscipienda, vti docebitur in materia de *oneribus parochialibus*, & si eo nomine impensæ a parochis factæ, illas reperere potest. Stypman. *cit. l. n. 45.* Eodem modo distinguitur in *ordin. Saxon. Elect. art. gen. 32.* vbi in genere additur clausula, so lange sie darinnen wohnen, und daselbst Pfarrer bleiben, wie guten Hauswirthchen gebühret im baulichen Wesen

*Parochus debet ædes parochiales factas conseruare.*

*Ad maiores impensas parochus non obligatur.*

*In Marebia  
onus sarras  
tectas ades  
conseruandi  
tantum in-  
cumbit paro-  
cho rurali.*

sen erhalten und nicht verfallen lassen. Sed in *ordin. March. Conssl. tit. 25.* inter ædes parochiales in ciuitate & ruri positas distinguitur, vt onus sarras tectas conseruandi incumbat parochis ruralibus non vrbanis. Dicitur enim ibi: Es sollen die Collatoren auch Râthe in Städten und Flecken mit Hülffe und Zulage der Gemeine die Pfarren und Capellaneyen, da es in gemeinen Kassen nicht vorhanden, bauen und im baulichen Würden erhalten. In Dörffern aber soll es also damit gehalten werden, daß welcher Pfarrer eine Pfarre, so wohl gebauet, auch mit allen zugehörigen Gebäuden nothdürftig zugerichtet, der soll die auch mit Dach, Fenstern, Racheöffnen, Schließern Bäncken und allen andern Eingebäuden wesentlich erhalten, darauff den die Dorffheren, Schulzen und Gottes hauff Leute, wann die jährl. Kirchen-Rechnung geschicht, fleißig sehen und den Pfarrer des verwarnen, wo das Pfarrhaus und die andere zugehörige Gebäude an oberührten Sträcken und des Dachs halben würde Schaden nehmen, daß er oder seine Erben auff sein Absterben solches allein rescircen und wieder bauen soll. *Conf. Carpz. lib. 2. def. 352. Brunnem. Ius Eccles. lib. 2. c. 3. §. 1. Petr. Muller. de ben. paroch. c. 3. th. 7.*

*Agros paro-  
chiales bene  
colere debent  
parochi.*

§. XX. Quod ad agros attinet seu alia prædia rustica parochialia, itidem omnem tenentur adhibere operam, vt bene colantur, quem in finem in *ordin. Eccl. Magdeb. cautum c. 24. §. 8.* daß die Pfarrer das Stroh und den Mist, so von den Pfarräckern komt und gemacht wird, zu den Pfarräckern wieder gebrauchen und dieselbige in guten Stande erhalten sollen. Et in *Elect. Saxon. ordin. Vist. Rubr.* von der Kirchen Diener *c. n. 14.* visitatores inquirere iubentur, ob die Pfarrer auch ihre Haushaltung und Aecker wohl bestellen?

*Agros paro-  
chiales locare  
possunt paro-  
chi.*

§. XXI. Certum facilius est, vt parochi in agris parochialibus aliis locandis non impediatur. Hoc enim experientia hætenus comprobatum, parochos rurales, dum ipsi rus colere debuere, eo ipso abductos æura animarum sibi commissarum: vnde, vt iam anticipauimus supra, consultus vti-que foret, si agri parochiales parochis sub lege hac committerentur, vt aliis rusticis vel nobilibus illas locarent, quamuis  
si mo-

si monitum B. Brunnem. d. I. Eccl. lib. 2. c. 5. §. 6. obseruaretur, quod scilicet *agricultura eos possit sui muneris in agricultura & messe spiritali admonere*, secure quoque agriculturae operam dare possent. conf. Franc. Stypm. de salar. Cleric. c. 9. n. 71. seqq. Et in hoc passu fere referunt vlufructuarios, qui & ipsi non prohibentur suos agros locare. Inde in *ordin. March. confest. iiii. 19.* dispositum ita: die Pfarrer mögen ihre Pfarrhueffen selbst beackern oder denen von Adel und Bauren ihres Gefal lens und so hoch sie können auffeine Revers austhun, daß sie die, wenn es die Pfarrer begehren, wieder abtreten wollen, und sollen solche Revers unsern Consistorio überantwortet und durch den Notarien desselben in ein sonderlich Buch registriret werden. Quod autem prouisum, ne occasione locatio nis fiat alienatio & prædia in conductores sub aliquo colore transferantur, Ill. Dn. Stryk. in not. ad Brunn. Ius Eccl. Lib. 2. c. 8. §. 6. verb. *aliis locare possunt*, quem in finem quoque in iuro canonico prouisum, ne vltra triennium aliis locentur c. *am. Aeditui suas vitiose extrau. de red. eccl. non alien.* Idem tamen ædituis & ædes locare custodibus permissum non esse arbitror, cum illi per agri- nequeant. culaturam non abstrahantur ab officio suo, adeoque & in ord. Sax. Elect. Visitat. Rubr. von den Schreibern n. 17. visitatores inquirere iubentur, ob (er der Kirchner) selbst seine Garten, Acker und Wiesen gebrauchte, die Er ohne Vorwissen und Vergünsti- gung nicht vermietthen soll.

§. XXII. Ne itaque parochi, vbi locare vel non possunt vel nolunt suos agros, ipsi manus huic rei admouere tene- rentur, & ita circa secularia occupati, ea quæ sui officii ef- fent, negligenter, maiores ecclesiis prospexerunt de certis *Familia eccle- hominibus, qui curam & operas istas in se suspiceret; vnde sia parochia- factum, vt ecclesia parochialis suam haberet familiam, quam lis.* ex antiquitate Germanica fufius eruit Ziegl. de dot. eccl. c. 9. vbi varia genera eiusmodi personarum ecclesiæ parochiali addictarum recenset. Noti adhuc sunt in Saxonia alibique *Dotales.* Dotales h. e. Dienst- und Frohn-Leute, auff daß die Pfarrer Leute zu Dienst haben, qui sine dubio cum dote ecclesiæ pa- rochiali cessarunt, & ad hoc ecclesiæ addicti sunt, vt dotem

*Dotales vni  
parochiale  
colere debent.*

ei datam colerent & operas alioquin dotanti debitas ei præstarent: His igitur competit onus parochiales agros colendi, & culturam, quatenus illa pertinet ad eos, præstandi, qua de re ita cautum in *Ord. Sax. Eccl. Art. gen. 27.* Diuweit an etlichen Orten vonden löblichen Vorfahren, alten Herrschafften ober Collatoren zu den Pfarren Dotales, das ist, Dienst- und Frohnleute verordnet, auff daß die Pfarren Leute zu Dienst haben, und ihre Güther desto geruhiger und besser bestellen können, sollen durch jedes Orts Obrigkeit und Visitatores die Leute vermahnet werden, solche Dienste willig und gerne ihren getreuen Seelsorgern zu leisten.

*Varia genera  
dotalium.*

§. XXIII. Sunt vero eiusmodi dotales in multiplici differentia, quamuis *Carpz. lib. 2. def. 357. n. 7.* eos exinde solummodo metiatur, quod sint possessores bonorum ecclesiasticorum, & sic ab illis oneribus & seruitiis magistratui debitis immunes, in cuius immunitatis compensationem parochie gratis inseruire, ac propterea ad culturam agrorum parochialium operas absque mercede præstare debent; hoc enim genus dotalium olim proprie huc non pertinebat; sed a fundatorum destinatione tales fiebant, quando scilicet præter dotem certos colonos ecclesie traderent, vt partem dotis ecclesiasticæ constituerent, & illi proprie erant dotales. Prout autem a fundatoribus ad emolumentum ecclesie parochialis destinabantur, eatenus etiam ecclesie inseruire tenebantur *Ziegl. de dot. eccl. c. 9. §. 12.* Promiscue tamen hodie etiam dotales vocantur qui dotem seu bona parochialia possident. Sic itaque sunt dotales, qui, vt dictum, operas agriculturæ causa parochio præstant, vti exemplum affert *Ziegl. cit. l. §. 53.* de duobus rusticis, quotannis agrum præpositi rastro subigere, omnemque culturam eidem præstare obstrictis. Deinde sunt alii dotales, qui bonis parochialibus insunt, & vel certum censum vel seruitium præstant parochio, quod rursus dupliciter contingit, vt vel ecclesia retineat dominium, vel etiam transferat in dotalem. Exemplum posterioris refert *Ziegl. ex matricula Consistorii Witteberg. de Anno 1555. sub iii.* Paserin vbi ita; Dieser Pfarr ist von Cuhrfürsten

*Dotales qui  
nam hodie vo-  
centur?*

*aliud genus  
dotalium.*



fürsten zu Sachsen hochlöblicher Gedächtniß mit einem Acker, Guth versehen und begnadet, samt einem grossen Gehölze und Garten und zwey Hufen Landes und etliche Morgen Wiesen und Hueffschlag, samt etlichen geringen Holz. Dasselbe Pfarrguth hat jetzund Blasius Krüger und giebt dem Pfarrer jährl. 18. Scheffel Korn, 18. Scheffel Haber, 1. Schock an Gelde, soll ihm auch wie andere des Pfarrers eigene Dienst-Leute davon dienen. Reliqua ex Zieglero hic addere superfedeo, quamuis optime ad illustrationem huius materiæ faciant, & hic B. L. plura desideranti satisfieri inde possit. Gaudent vero hi dota- *Dotales gan-*  
 les parrocinio ipsius consistorii Carpz. c. 1. & iurisdictio infe- *dent parroci-*  
 rior in ipsos non competit domino loci, in quo est ecclesia pa- *nio consistorii*  
 rochialis, sed parrocho, Schilt. in *Prax. Iur. Rom. Ex. 6. th. 24. inf.*

§. XXIV. Ad bona parochialia quoque pertinent syl- *Sylva paro-*  
 uæ parochiales Pfarr-Hölzer, & cum vfusfructus tantum *cbialis quomo-*  
 in talibus syluis parochis competat, videndum, quatenus ius *do cædendo?*  
 eorum sese exferat, in cædenda sylua. Secundum ius civile  
 vfusfructuarius, qui vfumfructum in sylua cædua habet, ita cæ-  
 dere debet, sicut bonus paterfamilias cædere, solet *l. 9. in f.*  
*ff. de Vsufr.* Hinc non grandes arbores cædere, sed ramos  
 tantum sumere, arbores euulsas vel vi ventorum deiectas  
 vsque ad vfum suum adhibere potest *l. 18. ii. 12. pr. ff. eod.* Idem  
 de parrocho dicendum esse arbitror, vti optime obseruatum est  
 In *Ordin. Sax. Eccl. arz. gen. 31.* his verbis: Als aber befunden, *Constitutio*  
 daß die Pfarr-Gehölze durch die Pfarrer zu Zeiten aus Geitz *Saxon. de*  
 odersonderlich eigenen Nutzen vorsehtlich mercklich verhauen und ab- *cbialis.*  
 so verwüestet werden, daß etwa ihm selbst, auch ihren nachkommen-  
 den an jährlicher Beholzung mangelt, so wollen wir, daß hin-  
 sühro denen Pfarren ihres Gefallens Holz zu hauen nicht ver-  
 stattet, besondern nach Grösse und Gelegenheit, auch Abthei-  
 lung des Holztes und an guten gelegenen Orten (damit es wie-  
 derumb wachsen und nicht etwa gar verhauen werden möge)  
 mit Vorwissen der Erb- und Lehn-Herrn (da die verhanden  
 oder zu erlangen oder in Mangel des Richters oder Kirch-Väter)  
 nothdürftig Feuerholz zu hauen angeweißt, und femer nichts,  
 weder durch sie die Pfarrer, Kirch-Väter, oder jemandes anders  
 aus

*parochi ligna  
ex sylua paro-  
chiali vendere  
nequeunt.*

aus den Pfarr-Hölzern zu Brenholz oder bauen etwas gehauen werde, damit alle nachkommende Pfarrer so wohl und viel Holz ges finden und haben mögen, wie die jetzigen Pfarrer haben und bekommen *re.* Cæterum si sylua sit ingens & ligna non solum vsui parochorum sufficiant, sed etiam aliis quædam inde vendi possint, parochis ius vendendi non competit, sed potius pecunia ex tali ligno redacta sub vsuris collocatur, & hæc tantum parochis cedunt *Carpz. lib. 2. def. 101. n. 5. & 6.*

§. XXV. Denique & fines agrorum aliorumque bonorum parochialium sunt conseruandi, ne confines exarando aliquid derahant. Id quod si fiat, merito fines dirigendi, & malitiosi, qui fines turbant, puniendi. Huic malo in plurimis constitutionibus ecclesiasticis obex positus est, & magistratui loci iniunctum, die Kirchen, Pfarr und Schul-Güter richtig zu versteinen, und nachmahls durch die Kirchen-Väter oder Vorsteher jährlich einmahl besichtigen und erkundigen zu lassen, ob etwas denenselben entzogen, davon abgeackert, oder sonst Schaden daran zuvermercken, und da sich dergleichen befinden, dasselbige unnachlässl. bestraffen *re.* vid. *Kirch-Ordnung adiecta Fritsch. Iur. Eccl. in calce c. 6. §. 1. Add. Petr. Muller. de bon. paroch. c. 3. §. 9. vbi eiusdem materiæ adducit constitutionem.*

*De anno gratiæ remissive.*

§. XXVI. Mortuo parocho, viduæ eius solet annus gratiæ concedi. Ex quo patet rursus differentia ab vsufructuariis, nam, mortuo eo, statim extinguitur vsufructus, & heredibus de fructibus nondum perceptis parum vel nihil adiudicatur. Hic vero diuersa est ratio in vidua, quæ alicubi per integrum annum adhuc fructus percipit, alicubi per dimidium, variant enim hic mores. Verum meretur hæc materia peculiarem disquisitionem, adeoque quæ huc pertinent, reicio in sectionem de *parochiis vacantibus.*

*De reliquo patrimonio parochiali remissive.*

§. XXVII. Superest adhuc tertia classis bonorum parochialium, quæ scilicet magis patrimonium ecclesiæ parochialis augent vel etiam ad alios vsus & sumtus statutos adhibentur, veluti cera comparanda &c. Et talia bona in primis dependent ex administratorum *de re* Kirchen Vorsteher *administra-*

nistracione. Verum, & haec iura hic intacta relinquo peculiari disquisitioni, vbi de *administratoribus bonorum parochialium* agendum erit, deinceps sub examen reuocaturus.

## CAP. III.

De

## Privilegiis bonorum parochialium.

§. I.

**A**ntiquissima est inter ICtos traditio, *piam causam esse de fauere pia-fauorabilem*, & quo antiquior, eo firmiores egit *rum causa-* *rum.* dices, vt saepe fauor iste ad iniqua & impia per ab-usum extendatur. Vnde sedulo cauendum esse arbitror, ne hac regula abeamur, sed suis includamus limitibus. Interim non negamus, singularia piæ causæ attributa esse priuilegia & hoc intuitu recte dici, magnum esse in iure fauorem piæ causæ. Verum sicuti ius speciale non est producendum ad consequentias *l. 14. ff. de LL.* ita iniqui sunt, qui hunc fauorem in-mium extendunt vltra casus in iure expressos. Cum itaque n-*presenti capite priuilegia bonorum parochialium exposituri sumus, danda erit opera, vt quidem, quæ priuilegia bonis hisce indulerint leges, exhibeamus fideliter, non tamen fauorem hunc vltcrius extendamus, quam leges & ratio admittunt.*

§. II. Iam supra c. l. demonstraui, eandem esse ori-ginem bonorum fixorum ecclesiasticorum, quæ est templo-rum inter Christianos. Sicuti itaque bona ecclesiastica patri-monium ipsius ecclesiæ facta sunt, & templorum ingens fauor statim ab initio conficit, ita non mirandum, quod & eorum patrimonio tanta priuilegia sint indulta. Sicuti ita-que templa ad res iuris diuini relata & propterea extra com-mercium humana posita sunt, proprietate quasi adiudicata Deo, ita quoque eius patrimonium commercio humano est exem-*ptum, vt seculari potestati non amplius esset obnoxium. Et hoc itaque principio semel firmato, quod res ecclesiæ es-sent quasi in dominio diuino non poterant non plures con-clusiones sequi, quæ tot tantaque priuilegia ipsis attribue-*

*Vnde depen-  
deat fauor be-  
norum eccle-  
siasticorum ?*

*Vnde exemptio  
bonorum ec-  
cles. a potesta-  
te seculari ?*

G

rent

rent. Quare recte monet Zieglerus *de dot. Eccl. c. 12. §. 8.* in de fontem omnium priuilegiorum petendum.

Cuinam com-  
petat proprie-  
tas rerum ec-  
clesiasticarum

An Deo?

Negatur.

Vnde contra-  
rio opinio or-  
ta?

quo sensu bo-  
na ecclesiasti-  
ca dicta in pri-  
mitiua eccle-  
sia?

Sententia Sar-  
pi de proprie-  
tate rerum ec-  
clesiastica-  
rum.

§. III. Ut vero constet de origine huius opinionis, primo inquirendum est, cuinam proprietates rerum ecclesiasticarum adscribi possit? Sunt, qui dicunt, bona ecclesiastica esse possessiones ipsius Dei *c. reuertimini 65. c. 16. Q. 1.* Id quod si intelligatur de dominio vniuersali Dei in omnes res cernatas, admitti potest sententia secundum *Psalm XXIII. Domini est terra & plenitudo eius, orbis terrarum & vniuersi qui habitant in eo.* Sed intelligenda videtur hæc sententia de singulari & peculiari proprietate Deo competente, ita vt nullum ius homini in tales amplius supersit, & de hoc solummodo est quæstio. Qui itaque volunt, esse res ecclesiasticas adeoque bona parochialis tantum in proprietate ipsius Dei, nã conceptum ecclesiæ valde turbant, cum hæc communitatem demo & sic personam induat mysticam, quæque adeoque subiectum huius domini & proprietatis merito audit. Sed non est adeo in obscuro fontem opinionis contrariæ indagare, quando solummodo ad ethnicorum rationes in legibus positas volumus respicere. Illi enim cum crederent, templa esse in proprietate Dei, simul quoque eius bona constituere debebant in eiusdem proprietate singulari, adeoque etiam Carpz. *Iurispr. Eccles. lib. 2. def. 299. n. 1.* non dubitat bona ecclesiastica dicere iuris diuini & velut DEO dicata. Et has opiniones postea quoque inter Christianos fuisse receptas, vel potius ex ethnicorum scholis in Christianismum deductas, fatetur ipse Zieglerus *de dot. Eccles. c. 12. §. 2.* Cum tamen in primitiua ecclesia bona ecclesiastica magis denominarentur ecclesia, quatenus congregationem fidelium denotaret, quam quatenus templum, vt postea ex deprauato isto sensu factum est, Vel ex adducto quoque exemplo apparet quantum nocuerit, quod vox ecclesiæ templis sit attributa.

§. IV. Ut vero plenius appareat, vnde ortus sit error, quod scilicet bona illa ecclesiastica Dei proprietati assignata sint, referam, quæ hac de re eleganter differit Fra Paolo Sarpin *intr. des benefices art. 21. qu. 2.* qui optime totam rem definit

nit & veram rei denudat formam. Ita autem ille: C'est pour-  
 quoy le même Cajetan & le Pape Hadrien VI. disent: que la  
 propriété des biens est à l'Eglise, c'est à dire à la communauté  
 des fideles du lieu, auquel les biens sont laissez; de sorte que la  
 propriété des biens de l'Eglise Romaine appartient à toute la com-  
 munité des Romains. Tout le monde soit, qu'une communau-  
 té dans le droit est aussi capable de posséder qu'une personne  
 privée, & c'est en ce sens, que l'on dit, qu'un tel bien est à la  
 ville, pour dire, qu'il n'est à aucun particulier, mais à tous en-  
 semble: & que plusieurs disent dans leurs testaments: Je laisse  
 à l'Ecole de S. Roch, au convent des Cordeliers &c. Cette doctri-  
 ne se confirme très bien par l'ancien usage de l'Eglise & par  
 la façon de parler des Canons. Il est sans doute, que les fonds,  
 ayant à être surnommez, du nom d'une personne, sont appel-  
 lez de celui propriétaire; Or les Canons & l'ancien  
 usage ont toujours appelé ce qui appartient aux Ecclesiastiques, les  
 biens de l'Eglise, elle en est donc la propriétaire; Et ceux-la s'  
 accordent avec nous, qui disent, que ces biens sont à Jesus Christ,  
 car toutes les Eglises Chrétiennes, depuis très longs temps, se sont  
 dénomées non seulement du nom de la ville, mais encore de celui  
 de leur premier, ou plus fameux Evêque; Ainsi l'Eglise-Romaine  
 est surnommée de S. Pierre; l'Eglise d'Alexandrie, de S.  
 Marc, & celle de Ravenne, de S. Appollinaire, d'ou les biens de  
 ces Eglises ont pris aussi le nom de ces Saints: de sorte que les biens  
 de l'Eglise-Romaine sont appellez biens de S. Pierre. Et c'est de  
 la qu'est venu l'usage de dire, comme font tous les anciens  
 Ecrivains, le Patrimoine de S. Pierre, les Terres de S. Pierre,  
 le patrimoine de S. Appollinaire &c. Et doutant que Jesus-  
 Christ est le Chef & le protecteur universel de toutes les eglises,  
 ce qui est à l'Eglise universelle, & à chaque Eglise particulière  
 s'appelle le patrimoine de Jesus-Christ, qui est la même chose  
 que de dire, de l'Eglise dont Jesus-Christ est le chef. de même  
 que les biens de la République de Venise sont dits biens de S.  
 Marc. c'est à dire d'une République, qui porte le nom de ce  
 Saint. Et véritablement tout ce qui fut acquis, lorsque les biens  
 Ecclesiastiques étoient en commun, dans chaque diocèse, apar-  
 tenoit

tenoit en propre l' Eglise uniuerselle, puisque toutes les donations & tous les legs se faisoient à elle. Il est certain, que ces biens furent aquis, & ils ne purent estre acqû, si non par ceux, à qui la loix permet de les acquerir. Or les loix de Constantin permirent qu'il fut donné aux communautéz Chrétiennes, c'est à dire, à tout le corps de Chrétiens, qui se trouuoient dans les villes; le domaine de ces biens est donc à ces communautéz. Mais depuis que les partages furent faits & les bénéfices instituez, les legs & les donations se firent aux Eglises particulieres & le plus souvent pour un usage particulier de pieté. Ainsi de quelque chose que ce puisse être; l'on ne sauroit dire, qui en est le maistre, si l'on ne voit la disposition des Testaments & des donateurs. Pour parler donc avec fondement, nous ne pouvons rien dire, si non que les Prélats & les autres Ecclesiastiques sont gouverneurs & dispensateurs des biens d' Eglise, pour en faire ce qu' a pretendu celui qui les a donnez ou laissez & non autre chose; & que le maistre de ces biens est la personne particulière ou la communauté, en faueur de qui a été les ou la donation &c. Haecenus Sarpi. Egredie certe hanc causam enucleauit, hinc operæ pretium esse duco mentem eius quoque latino exprimere idiomate. Ita autem versio institui potest: Quocirca idem Caietanus & Papa Hadrianus VI. dicunt, proprietatem bonorum esse ecclesiæ, h. e. uniuersitatis fidelium illius loci, cui sunt relicta bona, ita ut proprietates bonorum Romanæ ecclesiæ pertineat ad uniuersitatem Romanorum. Quilibet nouit uniuersitatem iure eodem modo possidere posse, quò priuatus quispiam. Et hoc sensu etiam vulgo dicunt, talia bona spectare ad ciuitatem, h. e. non esse singulorum, sed omnium simul sumtorum. Item quod plurimi dicant. *Lego Scholæ seu Gymnasio de S. R. lego conuentui C. &c.* Hæc doctrina optime confirmatur antiqua praxi ecclesiæ & more loquendi secundum canones. Indubium certe est, fundos, a persona quadam denominationem accipientes, denominatos esse a proprietarii nomine: & vero omnes canones & praxis inueterata illud, quod ad ecclesiasticos pertinet, appellarunt *bona ecclesiæ*. Illi itaque proprietates compe-

*Proprietates bonorum est penes uniuersitatem ecclesiasticam. Uniuersitas possidere potest.*  
*Consensus primitiue ecclesiæ que sensu bona dicta sunt seu Christi*

comperit. Et illi nobiscum consentiunt, qui dicunt, illa bona esse Iesu Christi; omnes enim ecclesie Christiane ab antiquis vsque temporibus non solum denominationem suam acceperunt a ciuitate, sed etiam a primario & celebriori eius episcopo? sic ecclesia Romana a S. Petro dicta, Alexandrina a S. Marco, Ravennensis a S. Appollinario, vbi etiam bona illarum ecclesiarum nomen suum fortia ab aliis Sanctis, ita vt bona ecclesie Romanae nominata sint *bona esse Petri*. Inde iam est, quod vulgo dicatur, ceu etiam in more positum est omnibus antiquis scriptoribus, *Patrimonium S. Petr. terra. S. Petri. Patrimonium S. Appollinarii &c.* Et quia Iesus Christus est caputi & protector vniuersalis omnium ecclesiarum: ita quoque, quicquid est ecclesie vniuersalis, quicquid item particularis; appellatur *patrimonium Iesu Christi*, quod demum est, a si dicerem; *patrimonium eius ecclesie cuius caput est Iesus Christus*, eodem modo vti bona reipublice. Venetae dicuntur bona S. Marci, h. e. alicuius Reipublice nomen huius Sancti habentis. Certe quicquid fuit acquisitum bonis ecclesiasticis adhuc in commune existentibus in quavis dioecesi ecclesie vniuersalis erat, quia omnes donationes & legata ad illam dirigebantur. Certum est, quod bona fuerint acquisita; nec aliter potuerint acquiri quam per eos, quibus lex acquisitionem indulget. Iam vero leges Constantini permiserunt, vt aliquid daretur vniuersitati Christianorum h. e. omni corpori Christianorum, inciuitate existenti ergo dominium illorum bonorum esse penes vniuersitatem illam. Diuisione vero facta & beneficiis introductis, legata & donationes fiebant ecclesiis particularibus, & frequentius ad vsum peculiarem pium. Itaque quaecunque demum res seu causa incidat, nemo potest, quis dominus eius sit, dicere, nisi inspectis tabulis testamenti vel donationis. Quod si itaque ex fundamento rem diiudicamus, aliter dicere non possumus, quam prelatos aliasque personas ecclesiasticas tantum esse administratores & dispensatores bonorum ecclesiasticorum, vt in eum conuertatur vsum, cui ab illo, qui ea reliquit, sunt destinata, & non ad alium, & quod dominium eorum bonorum sit penes

*Bona sepe nomen suum accipiunt a Sancto quodam.*

*Novum argumentum, quod bona spectent ad ecclesiam. quia vniuersitatem denotat.*

*Presbyteri sunt tantum administratores*



illam personam mysticam seu communitatem, in cuius fauorem legatum aut donatio facta.

Quomodo hæc  
omnia deprauata  
fuerint?

§. V. Itaque secundum huius viri doctissimi philosophiam fat sobriam res ecclesiasticæ sunt reuera res vniuersitatis, quod & indoli ecclesiæ quam optime conuenit. Verum deprauata significatione ecclesiæ, solisque templis adscripta, bona quoque ecclesiastica magis dicta patrimonium templi seu ecclesiæ parochialis, quam vniuersitatis illius, intra certæ parochiæ fines conclusæ. Sicut itaque a bonis vniuersitatis alias sedulo distinguimus bona ciuitatis, ita quamuis olim bona ecclesiastica fuerint bona vniuersitatis ecclesiasticæ, postea tamen deserunt talia esse, & patrimonium templi facta sunt, indeque varia priuilegia templorum sibi vindicarunt quod Autor prælaudatus non obscure videtur innuere.

Bona parochialia  
potestate  
seculari sunt  
exempta iure  
humano

§. VI. Fluit itaque inde principale priuilegium bonorum parochialium, quod sint exempta a seculari iurisdictione & potestate, non quidem iure diuino, sed humano, ut ipse fateatur Felicianus de Oliua *ir. de foro eccles. p. 1. qu. 10. n. 6. seqq.* cuius rei ratio manifesta est. Cum enim non aliter ab ecclesia acquirantur & possideantur, quam ex concessione principis, imo & modis iure humano probatis in ecclesiam transferantur nec aliter possint immunitatem habere, quam quatenus princeps iis hanc indulserit, sequitur, ut illa exemptio sit a iure humano, quod etiam fateatur Ziegl. *de dot. eccl. c. 12. §. 22.*

quatenus bene-  
ficia impetratorum bona  
parochialia  
fuerint exem-  
ta.

§. VII. Apparet id iam ex plurimis legibus codicis vtriusque, tum repetitæ prælectionis, tum Theodosii, ubi partim aucta, partim imminuta inueniuntur hæc exemptionis priuilegia. In *l. placet 5. C. de SS. eccles.* quæ in *C. Theod. est l. 40. de episc. & cler.* ita immunitas bonorum ecclesiasticorum determinatur. *Placet rationabilis consilii tenore perpenso districta moderatione præscribere, a quibus specialiter necessitatibus singularem urbium ecclesiæ habeantur immunes. Prima quippe illius usurpationis centumelia depellenda est, ne prædia vsibus celestium secretorum dedicata sordidorum munerum fece* (in *C. Theod.* dicitur: *fasce*) *vexentur* (in *C. Theod.* hæc insuper adiiciuntur; *nulla rogatione talium priuilegiorum, forte gratulatur,*



tur, muniendi itineris constringat iniuria; quæ ideo omiſſa a Triboniano videntur, quia poſtea hoc correctum vid. l. 7. C. de S. S. eccl.) Nil extraordinarium abhinc ſuperindictum (in C. Th. legitur ſuper indictum) ſtagitetur (rurſus additur in C. Theod. nulla pontium inſtauratio, quod tamen itidem abrogatum in l. 7. cit.) nulla translationum ſolicitudo ſignetur (Theod. C. legitur: gignatur ubi & ſequentia adduntur a Triboniano omiſſa: non aurum ceteraque talia poſcantur:) poſtremo nihil præter canonicam illationem, quam aduentitiæ neceſſitatis ſarcina repentina popoſcerit, eius functionibus adſcribatur, ſiquis contraverit, poſt debitæ ultionis acrimoniam, quæ erga ſacrilegos iure promenda eſt, exilio deportationis perpetuo ſubdatur (C. Theod. legitur Vratur.)

§. VIII. Hæc conſtitutio (1) indicat, ab initio ſat amplum fuiſſe hoc privilegium, adeo ut nequidem ad itinerum & pontium inſtructiones quid ex bonis eccleſiaſticis contribui deberit. Verum poſt vndecim annos hoc reſtrictum, & bona eccleſiaſtica ab hac collectione non fuerunt facta immunita l. 7. C. de S. S. Eccl. quod talis contributio ad fordida munera non referri debeat: (2) ex quo porro concludo, non omnes omnino collationes hic excluſas fuiſſe, fere enim tantum, quæ ad fordida munera & extraordinarias collectiones tunc temporis referèbantur, hic continentur, quod & agnoſcit ipſe Ziegl. de dot. eccl. c. 12. §. 55. Munera eiusmodi fordida exhibentur in l. 12. C. de excuſ. mun. l. 15. & 18. C. Theod. de extraord. ſive ford. muner. quæ ſigillatim perluſtrat. P. Muller in diſpur. de immunit. prædior. eccl. a munerib. §. 18. ſeq. Et hæc immunitas eccleſiis a ciuitatibus videtur in dubium vocata fuiſſe, ut adeoque imperiali reſcripto opus fuerit. Quæ vero relata fuerint ad extraordinaria onera, itidem declarat fuſius, prælaudatus Muller. cit. l. §. 32. ſeqq. Excepta itaque ab hac immunitate fuit canonica illatio; h. e. publica & ordinaria penſio vid. l. 1. C. de annen. & tribut. Canon enim tributum denotat, vnde etiam eius executores in Nou. 128. c. 6. vocantur *canoniciarii*. Sic & ſuperindictum, quod in b. l. 5. referitur ad extraordinaria munera, poſtea in l. 1. C. de indiction. ad ordinaria munera eſt

Privilegium hoc non pertinet ad pontium & itineris conſtructiones.

Comprehenſa ſub immunitate munera fordida.

Ordinaria onera ab immunitate exempta.

ra est translatum dispositumque, vt nulla in posterum domus etiam si priuilegium habere doceatur, ab hac necessitate immunis sit adeoque & sic ecclesiasticorum bonorum immunitas hic restricta. Quæ ideo adduxi, vt constaret, quatenus priuilegia bonorum ecclesiasticorum fuerint extensa & restricta.

§. IX. Vix vero hoc priuilegium ad bona parochialia extendi posse videretur, cum in *cit. l. s.* tantum fiat mentio *singularum arbitrium ecclesiarum*, sub quibus non comprehendebantur ecclesiæ parochiales, quippe quo vocabulo tantum comprehendebantur ecclesiæ, quæ ruri erant, ceu *Section. 3.* declaratum, nisi hunc scrupulum nobis exemisset Iustinianus in *Nou. 131. c. 5.* vbi generaliter ita definit: *ad hæc sancimus omnium (adeoque & parochialium seu rusticarum) sanctarum ecclesiarum & omnium venerabilium domorum possessiones neque sordidas functiones neque extraordinarias functiones sustinere & c.* De quo eo minus dubitandum, postquam ecclesiæ etiam vrbane nomen parochialium assumerunt.

*Inter bona ecclesiastica ratione immunitatis olim non erat distinctio.*

§. X. Illud denique exci. *l. 8.* perspicuum redditur, olim bona parochialia seu ecclesiastica indistincte immunitate illa gauisa fuisse, non adhibitio discrimine, vtrum essent necessario ecclesiæ parochiali in dotem data, an vero alio modo quocunque titulo in ecclesiam translata ad eius patrimonium augendum, conf. *Ziegl. cit. l. §. 59.* Quin ipse Carolus M. hic nulla distinctione vsus videtur in suis *Capitul. lib. 5. cap. 187.* fed fere iisdem verbis constitutionem Theodosii, & Honorii in *l. s.* supra relatam repetit in quiens: *placuit, ne prædia cælestium secretorum dicata Deoque tradita (hic itaque adscribit proprietatem Deo, & in eo videtur rationem decidendi formasse, quod apertius indicat lib. 6. c. 305.) a quibusdam aliqua occasione vexentur, aut inuadantur, sed sub immunitatis tuitione perpetua firmitate perdurent similiter & homines earum (forsan intelligit dotales qui ecclesiæ quasi glebæ adscripti) & omnia quæ eis subiecta esse noscuntur: Si quis contra uenerit, componat, sicut de immunitate constituimus (pœna est sexcentorum solidorum. vid. lib. 5. cap. 148.) & penitentia publica a sacerdotibus usque ad satisfactionem mulctetur.*

§. XI. Verum in Concilio Wormatiensc. 50. qui habetur in c. sancitum 25. C. 23. qu. 8. & c. 1. X. de sensib. videtur inter bona quædam distinctio nata. Ibi enim sancitum, vt vnicique ecclesiæ vnus mansus integer (quid hac voce intelligatur, solide exponit Gonzalez Tellez. ad c. l. n. 4.) absque vilo seruitio attribuat, neque presbyteri seu parochi neque de dominibus que de atriis vel de hortis iuxta ecclesiam positæ neque de præscripto manso aliquid seruitium faciant præter ecclesiasticum. Si quid vero amplius habuerint, inde maioribus (vel vt alii legunt, *senioribus*) suis debitum impendant seruitium. Hic itaque tantum illa bona parochialia eximuntur a collectis & oneribus publicis, quæ sustentationi necessariæ ipsius parochi inferuiunt, ita ut reliqua adhuc iisdem oneribus subiaceant. Distinguit itaque optima ex ratione Zieglerus de dot. eccl. c. 12. §. 41. inter bona parochialia, quæ dotis necessariæ causam sustinent, & hæc immunia esse ab oneribus & collectis merito fatemur: & illa, quæ vltra dotem necessariam in ecclesiam transferuntur, illa enim non iisdem privilegiis fruuntur, nisi forsan specialiter quoque exempta sint.

§. XII. Vnde facile resolui potest quæstio, quam fusius & anxie tractat Barbosa Iur. Eccles. lib. 1. c. 49. §. 5. n. 35. vtrum bona, quæ antequam in parochialem ecclesiam transferantur, tributis & oneribus subiecta erant, eo ipso quod parochialia fiant, gaudeant privilegio exemptionis a tributis & gabellis? Et quamuis nonnulli id simpliciter asseruerint; tamen rectius Barbosa cit. l. n. 37. explosis horum sententiis, illa bona propterea immunia fieri negat, quod tributa & exactiones sint onera ipsi rei inhærentia, adeoque ad ecclesiam quoque transeant ceu eorum possessorem, quanquam subtilius hic procedant canonistæ aientes; talia onera rei inhærentia ab ecclesia non solui vt tributa & in recognitionem domini, quam difficulter admittit, clerus pontificius, sed ob conditionem rei inseparabiliter inhærentem. Alex. Sperellus Decis. for. eccl. decis. 35. n. 3. & 4. quæ tamen subtilitas nihil aliud indicat, quam quod directe nolint confiteri, quod per indirectum admittunt. Illud; facilius largior Barbosa cit. l. bona nullo onere

posse tantum  
privilegium  
applicatum  
doti ecclesiæ  
necessariæ.

An bona, que  
antea tributis  
erant obnox-  
ia, eo ipso  
quod fiant pa-  
rochialia, im-  
munitate gau-  
deant.

onera antea affecta, libera quoque in ecclesiam transire, transit enim res ordinarie cum suis qualitatibus. Deinde & illud facile concedo, tantum hic esse sermonem de onere reali ipsi fundo inhærente, non autem personis propter bona imposita. Id. n. 57. Addi hoc potest, non apparere, in quem finem amortizatio esset a summo principe in republica petenda, si statim eo ipso, quo bona secularia parochialia fiunt, eximerentur ab oneribus publicis. Aut itaque dicendum, talia bona transire cum suo onere; aut non. vitio erit vertendum Gallis, Britannis, Hispanis Venerisque, quod prædia & bona immobilia ecclesiæ dare & elargiri aliquando prohibuerint, ut ait Ziegl. ad Lancell. lib. 2. tit. vii. 20. §. 14. verb. quibuscumque possessionibus.

An hodie indistincte prædia parochialia a tributis sine immunitate?

§. XIII. Proinde & hodie prædia ecclesiastica a collectis ordinariis non semper sunt immunita, vid. P. Muller. de immunit. prædior. eccles. §. a muner. th. 45. vbi & th. 44. sequens affert scriptum Ducis Saxonie Georgii ad ciues Dornburgenses: Georg von Gottes Gnaden Herzog zu Sachsen etc. Liebe Getreue. Euer Schreiben mit Vermeidungen, wie unsere Amt-Leute bey Euch von euch sinnen, der Kirchen Güter an liegenden Gründen zu versteuren, und daß ihr auch die Mauren in unsern Forweg die sehr zufallen sind, wiederum bauen und bessern sollet, daß doch vormahls nie von euch gesonnen, und haben wir alles Inhalte verlesen, und ob wohl die Güther von der Geistlichkeit zu Lehn rührend, und doch derselben nicht gänglich einberleibt sind, will sich daraus nicht erfolgen, daß dieselbe von der Steuer gefreiet seyn. Hierüber ist unser Begehrt, ihr wollet derselben Steuern von solchen Güthern einfordern, und die unserm Amtmann überreichen, daran geschicht unsere Meynung. Und des Bauens halber unsers Forwegs haben wir unsern Amtmann geschrieben und zu erkennen gegeben, wie er sich in dem gegen Euch verhalten soll, der Zuversicht, er werde denn also thun und sich der Gebühr bezeugen, das wolten wir euch unvermeldet nicht lassen darnach zu richten. Geben zu Leipzig Donnerstags vigilia Epiphaniæ anno domini 1610. xv. Quando itaque Carpzovius lib. 2. def. 308. iur. pr. Consist. indistincte afferit de bonis ecclesiasticis vestigalia & tributa exigi non posse

posse, hoc intelligendum est de ipsis bonis dotalibus ad necessariam sustentationem ecclesiæ datis non de reliquis, quæ præter dotem necessariam in ecclesiam transferuntur, quamvis si rationes eius quæ tamen non concludunt, in spiciamus, illæ ulterius pergant, & pro omnimoda immunitate bonorum omnium ecclesiasticorum certare videantur;

§. XIV. Quid vero dicendum de conductoribus prædiorum parochialium, an hi eodem privilegio gaudent immunitatis? Quod affirmandum existimo cum Carpzouio *lib. 2. iur. impr. Consistor. def. 300.* si scilicet semel a tributis prædia parochialis immunitatem acceperunt. Quamvis enim intuitu ecclesiæ hoc privilegium concessum sit; cum tamen adhuc ecclesia possideat, licet bona sua locando in alium transferat, certe hoc in eius damnum & præiudicium vergeret, si conductor ad soluenda tributa obstringeretur, quia regulariter conductor non obstringitur ad tributa; & quamvis fiscus possessionem sequatur; *l. 7. de publ. & vestigal. Tabor de metat. p. 2. c. 3. th. 19.* tamen nisi aliud actum, potest a locatore conductor repetere, quæ tributorum nomine soluit *Tabor de Mevat. d. l. Hahn ad Wesenb. tit. locati cond. n. 16. Klock. de contribut. c. 1. n. 169. Ill. Dn. Stryk ad Lauterb. tit. locat. ad p. 387. verb. tributorum & collectarum,* adeoque in effectu gravaretur ecclesia parochialis, & sic contra immunitatem suam teneretur ad collectas.

§. XV. Idem privilegium immunitatis a servitiis domino præstandis sibi iure vindicant possessores bonorum ecclesiasticorum non simplices, uti conductores, sed iure hereditario talia possidentes, qui vocantur *dotales*, de quibus iam supra. Cum enim prædiis istis immunitas semel quæsitâ, ista transit quoque ad possessorem; præsertim cum dotales servitia parochia etiam præstare debeant, cum plerumque sub hac conditione bona parochialia transferantur in dotales. Inde elector Augustus gloriosæ memoriæ rescriptit ad Quæstorem Seidentsem Anno 1575. referente Zieglero *de dot. eccles. c. 12. §. 45.* Lieber Getreuer, welcher Gestalt sich an uns den Pfarrer zu Mügeln beklaget, daß seine zwey Bauern zur Pfarr gehörig wider alten gebrauch mit den Pferde Dienst zu unsern neuen

*Conductores prædiorum parochialium eadem immunitate gaudent.*

*Dotales immunitate quoque fruuntur.*

Schloß-Bau alhier beleet werden wollen, daß hast du aus seiner Supplication zu vernehmen. Weil wir dann nicht gemeinet wider alten Gebrauch jemand beschwerden zu lassen, so befehlen wir dir hiemit, da sie vor Alters niemand als dem Pfarrer zu frohnen schuldig gewesen, du wollest sie nochmahls dabey geruhig bleiben, und hinführo mit neuen Frohndiensten unbeleet lassen, daran geschiehet unsere Meynung. Datum Annaburg den 7. Octobr. 1573. conf. etiam Carpz. lib. 2. Iurispr. Consist. d. 307

*Cessat hæc immunitas in casu necessitatis.*

§. XVI. Cæterum hæc immunitas a contributionibus & collectis non eo vsque extendenda, vt etiam casum vrgentissimi mæ necessitatis in se comprehendat, quin potius hic semper exceptus in omni immunitate censetur, modo scilicet bona parochialia non tantum parochorum sustentationi sufficiant, sed etiam præterea adhuc alia bona, quibus immunitas indulta, adsint. Ecclesia enim habet aurum, non tam vt seruet, quam vt ad conseruanda fidelia Christi membra erogat. Myler. ab Ehrenb. de Princ. & Stat. Imper. c. 88. §. 10. Illa itaque, quæ ad superstitionem huc vsque impensa, vel quæ thesauri loco recondita, necessitati publicæ omnino applicari possunt. conf. Mauric. speciali dissert. de secularisat. c. 4. Obseruarunt id optime S. R. I. principes & proceres in centum illis grauaminibus contra ecclesiasticum ordinem propositis, & oratori pontificis oblatis, quæ referuntur a Schiltero de libert. eccles. German. lib. 7. c. 2. §. 10. vbi §. 28. hoc fufius declaratur.

*Quanam necessitas supponatur?*

§. XVII. Supponitur itaque necessitas vrgentissima, ita vt laici huic soli subleuandæ non sufficiant, quanquam recte Zieglerus de dote eccl. c. 12. §. 61. iudicet, hoc postularum dare clericis perpetuam exceptionem, semper obiectibus laicorum bona adhuc sufficere. Inde principis arbitrio hoc potius relinquendum, vt ipse æstimet, an necessitas tanta vrgeat, vt etiam extra ordinem prædiis parochialibus onus contribuendi imponi possit. Inde constitutum est in R. Imperii, prædia ecclesiastica collectas ad expeditionem Turcicam die Türcken-Steur soluere debere. Ita enim in R. I. de Anno 1555. §. und

und nehmlich sollen & S. und zu diesen Churfürstl. ibi: daß zu solchem Christlichen Mittelwerck sollen auch alle Stifter, Capitul, Kloster, Ordensleute, Kirchen, der Kirchen Fabricen und Spital, sie seyn in Städten oder anderswo, geistl. und weltliche Bruderschafften und alle Versamlungen, Communen und Claffen vor Mannen und Frauen, sie seyn exempt oder nicht, ihre Steuer und Anlagen geben, in Betrachtung, was ihnen an Handhabung des Christl. Nahmens und Glaubens, davon Sie auch ihre Würde, Einkommen und Unterhaltung haben, gelegen ist conf. R. I. de Anno 1582. Simile quid occurrit in l. II. C. de SS. Eccles.

§. XVIII. Præterea quoque hic canonistæ duo requirunt, scilicet vt impositio fiat a iudice ecclesiastico cum consensu cleri, quod ita concedi potest, vt prælatis distributio collectarum prædiis parochialibus imponendarum relinquipossit: impositio enim est ipsius principis & consensus cleri non est necessarius: sed forsan id ideo pontificii vrgent, ne principi vllam particulam potestatis in se adscribant. Denique etiam requirunt, vt pontifex desuper consulatur, B. Dn. Linkcius *ad tit. X. de immun. eccles. §. 2.* & quidem sub pœna excommunicationis *c. 3. de immun. eccl. in 6.* Quodsi tamen propter moræ periculum & damnum ineuitabile consensus papæ haberi non potest; tunc tacite in hoc præstitus censetur Barbosa *in collect. ad c. 2. n. 7. X. eod.* vbi enim magna adest necessitas, etiam episcopus dispensare potest in casibus, alias pontifici re seruatis. Pyrrhus Corradus *in Praxi dispens. Apostol. lib. 8. c. 4. n. 36.* Sed cum hoc requisitum supponat, immunitatem hanc quasi ipso iure diuino rebus ecclesiasticis esse impositam, adeoque in hac solum dispensare posse pontificem, id quod tamen concedi nequit, recte dicimus, principem quemcunque iure suo tempore necessitatis collectas a bonis parochialibus petere. Cum enim eius sit immunitatem rebus concedere, eius quoque erit, non attenda hac immunitate, existente necessitatis casu, extraordinem aliquid iis imponere. Vnde & imperatores Honorius & Theodosius libere disposuerunt de hoc priuilegio immunitatis, adeo vt quamuis antea res ecclesiasticæ nihil con-

Quomodo fieri debeat impositio?

an consensus papæ sit necessarius?

conferre tenerentur ad pontium & itinerum extructiones, tamen illud postea mutatum sit l. 7. C. de SS. eccl.

*Bona parochialia non subiacent iurisdictioni seculari.*

§. XIX. Alterum privilegium rebus parochialibus competens consistit in eo, quod exemptæ sint a iurisdictione seculari & subiectæ ecclesiasticæ tantum, Originem huius privilegii canonistæ deducunt a duplici potestate, seculari & spirituali, quibus duabus potestatibus regimen totius mundi consistere autumant; ita ut utraq; terminos suos distinctos recipiat, & spiritualis ad ea, quæ quovis modo spirituale quid continent, referri debeat, uti operose hanc iurisdictionem inde deducere conatur Felicianus de Oliua de foro ecclesiast. p. 1. qu. 2. Verum ad hæc commenta sæpius iam a nostris responsum est, potestatem spiritualem non inuoluere aliquam iurisdictionem, & hanc vnice dependere ex concessione summæ maiestatis politicæ, cuius particulæ est, tam in secularibus quam

*Origo iurisdictionis ecclesiasticæ.*

profanis. Si vero dicendum, quod res est, videtur nimia pro pensio & indulgentia principum erga episcopos aliosque clericos ansam huic iurisdictioni dedisse. Ut enim ostendit Paolo Sarpi tr. des benefices art. 17. Principes primitus episcopis, qui præterea potentia quadam in curiis regum pollebant, concediderunt quandam partem regiminis præsertim in res, quæ ad ecclesias spectabant. Sed quæ præcario semel concessa, degenerabant postea in ius quoddam præterensum proprium ita enim pergit prælaudatus Sarpi. *Du commencent il ne les y employoit que par occasion, mais dans la suite, voyant, que les affaires reussissoient entre leurs mains, il se seruit d'eux ordinairement, non pas pourtant de lameme maniere dans toutes les Villes, mais selon les besoins du lieu & l'habilité de l'Eveque & quelque fois aussi selon l'incapacité du Comte, a qui l'on supléoit en lui substituant l'Eveque & cela fut cause. que la posterité de Charlemagne venant a degenerer, & a tomber enfin dans une profonde ignorance, les Eveques s'avisèrent de ne plus reconnaître cette autorité comme reçüe du Prince, mais de se l'attribuer & de l'exercer, comme propre de leur ministre sous le nom de*

*Quando sibi adscripserunt.*

*IURISDICTION ECCLESIASTIQUE* Conf. B. Linck. tr. de iur. Episcop. c. u. n. 16. seqq. Primitus vero personæ ecclesiasticæ

cx



cæ hic iurisdictioni erant subiectæ, cum de rebus ecclesiæ adhuc penes principes erat arbitrium, vt ostendi Zieglerus *de clerici iurisdictione in dot. eccl. c. 12. §. 23.* Verum tractu temporis & hanc de rebus ecclesiæ iudicanti potestatem vindicarunt sibi clerici, adeo vt in concilio Toletano III. expresse hæc iurisdictione in re ecclesiæ clericis fuerit attributa vid. *c. sic quidam 2. C. 10. Q. 1.*

§. XX. Quamuis vero in nostris terris potestatem hanc ecclesiasticam, principis iurisdictioni non subordinatam non agnoscamus, factum tamen inde est, vt melioris ordinis gratia in plerisque locis res ecclesiasticæ & parochiales forum peculiare habeant, in quo, quæ de illis controuersie incidunt, decidi debent, scilicet in consistoriis. Sed iudicia nostra ecclesiastica non proueniunt ex potestate ecclesiæ propria, sed ex potestate principum politica, principibus & magistratibus propria, & iudices ecclesiastici non habent eam potestatem suo iure sed ex voluntate & delegatione ipsius principis; ita vt eius rei principi rationem reddere debeant, vid. Zieglerus *in prælect. ad decret. ad Rubric. tit. de iudic. p. 17. seqq.*

§. XXI. Cum itaque bona in ecclesiam transferantur & ita in sortem parochialium bonorum recidunt; præiudicium aliquod gigneretur ei, qui iurisdictionem patrimoniam ad huc in illa bona exercuit, si italibere eius iurisdictioni bona subtraherentur præsertim propter fructus iurisdictionales. Hinc vt fori priuilegium hæc bona consequantur, requiritur consensus illius, de cuius præiudicio ratione iurisdictionis agitur. Conf. Ziegl. *de dot. eccl. c. 12. §. 29. seqq.*

*clerici iurisdictionem in bona ecclesiastica.*

*In terris nostris retinentur forum privilegium.*

*Ut bona parochialia non traherentur parochie quaesita fori privilegium consequantur.*

## COROLLARIA.

I.

Quamuis Imp. in *Proem l. §. 3.* asserat, non amplius ius ab antiquis fabulis addisci necesse esse: tamen id omnino falsum esse, & plures conclusiones ex illis antiquis fabulis in ff. superesse existimo.

II.

Bella ex iure gentium esse orta minime a bitror, quia potius ex ambitione & avaritia aliisque vitiis similibus. Vnde quid de ipso iure belli iudicandum sit, facile apparet.

III.

Seruitutes non sunt ex iure gentium.

IV.

Falsum esse videtur, beneficia principis esse plenissime interpretanda, non obstante *l. 3. de consis. princ.*

V.

Voluntas quidem principis est anima legis: sed id minime applicari posse reor ita ad ius romanum, ut quidvis ibi accipere debeamus, quasi proflueret ex voluntate principis.

VI.

Non datur inter gentes consuetudo vim legis habens.

VII.

Minor, modo sit 17. annis maior, potest esse procurator iudicialis.

VIII.

Individua vitæ consuetudo non pertinet ad essentiam matrimonii.

IX.

Quæ in *§. 8. l. de nupt.* habentur, repugnant iuri diuino morali, vid. *Levit. XVIII, 11.*

X.


Tutor testamentarius, confirmatus tamen, pro testamentario habendus.

XI.

Auia præferatur in tutela auo materno.

XII.

Fundata est vsu capio in iure naturæ.



ULB Halle 3  
003 891 690



f

sb.







*Boetner's bonis parochialibus.*

1, 420/1102/1276  
47  
15

DISPUTATIO IVRIS ECCLESIASTICI;  
DE  
**BONIS PARO-**  
**CHIALIBVS,**  
Von  
**Saar = Süttern,**  
QVAM  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,  
DOMINO  
**FRIDERICO WILHELMO**  
CORONAE BORVSSICAE ET ELECTORATVS  
BRANDENBVRGICI HEREDE &c. &c.  
IN REGIA ACADEMIA FRIDERICIANA  
PRAESIDE  
**IVSTO HENNINGIO Söhmer, D.**  
PROFESSORE IVRIVM EXTRAORD.  
D. MAII MDCCII.  
IN AVDITORIO MAIORI,  
PVBLICAE ERVDITORVM DISQVISITIONI  
SVBMITTIT  
**ANTONIUS HENRICVS HORST,**  
RAVENSBERGENSIS.

HALAE MAGDEBVRGICAE  
TYPIS IOANNIS GRVNERTI, ACADEM. TYPOGRAPHI.  
Recusa 1729. 28.